ΚΛΕΟΜΗΔΟΥΣ

ΚΥΚΛΙΚΗΣ ΘΕΩΡΙΑΣ ΜΕΤΕΩΡΩΝ
ΒΙΒΛΙΑ ΔΥΟ.

EX RECENSIONE

IANI BAKII

CUM POTIORI SCRIPTURAE DISCREPANTIA
ET ADNOTATIONE

EDIDIT

CAR. CHRIST. THEOPH. SCHMIDT.

LIPSIAE 1832.

SUMPTUS FECIT ET VENUMDAT C. H. F. HARTMANNUS.

PRAEFATIO.

Multis abhinc annis quum forte in Cleomedem incidissem, mirabar, docti hominis libellum perutilem et probe scriptum, a paucis editum et diligentius recognitum, per tot annos paene neglectum iacuisse. Nimirum id evenire solet libris mathematicis, et quamquam Cl. Ptolemaei Almagestum, quod dicitur, omnes qui de his rebus iudicare possunt, opus doctissimum et praestantissimum esse censent, cui nullum aliud ex tota antiquitate comparari possit; tamen idem usque ad seculi XVIII finem non nisi semel typis expressum esse constat *), nec inter tot homines doctos, qui veterum scriptorum libros, quorum non pauci exigui essent pretii, ederent, emendarent, interpretarentur, illustrarent, per annos paene trecentos inventus est, qui illud Ptolemaei opus denuo edendum curaret. Quod facile intelligitur et rerum mathematicarum difficultate factum esse, et quod non multi invenirentur, qui libros mathematicos curarent et emerent. Itaque unde factum sit, ut ma-

*) *Μεγάλη σύνταξις τῆς ἀστρονομίας* s. Almagestum primum prodiit Basileae a. MDXXXVIII. Nuper demum graeca iterum edita sunt Parisiis ab Halma.

mathematicorum veterum libri rarius typis exprimerentur et illustrarentur, quam aliorum, haud obscurum est; sed quo diutius illi libri in bibliothecarum umbris absconditi delituerunt, eo magis nostrum est, nunc eos in lucem proferre et illustrare. Nec erit, qui dignos esse diligentiori studio et cura negaverit, nisi qui, rerum mathematicarum ignarus, earum scientiam et usum temere contemnat. Et si non ex omnibus multa nova possint disci, quod facile concedimus, omnes tamen utiles sunt ad veterum literarum et artium rationem melius cognoscendam atque diiudicandam. Quo magis vero nostris temporibus rerum mathematicarum utilitas ac praestantia cognita et earum studium apud nos est excitatum commendatumque, eo magis poterat sperari, fore, ut veterum quoque mathematicorum scripta denuo ederentur et illustrarentur; neque ea spes nos fefellit; nam in Germania plures nuper exstiterunt, qui illis libris edendis et interpretandis curam suam et studium impenderent *). Hoc tamen non impedit, quominus, quod supra diximus, mathematicis veteribus non eandem curam esse adhibitam, quam aliis scriptoribus graecis et latinis, etiam nunc verum esse affirmemus, id quod *Cleomedes* quoque testatur, cuius *κυκλι-*

*) Euclidis elementa graece et lat. et commentario perpetuo illustrata edd. Camerer et Hauber 1824—26. Eadem graece in usum tironum ed. August 826 et 29. Apollonii Pergaei libros de sectione rationis et spatii ed. Diesterweg 824 et 27. Arati Phaenomena et Diosemea c. annotatione critica ed. Buttmann 826 et I. Bekker c. schol. 828. Eadem in linguam german. conversa et explicata ed. Voss 824. Archimedis librum de circuli dimensione edd. c. comment. Iunge et Gutenaecker 825 et eod. anno eiusdem opera omnia in linguam germ. conversa Nizze. Diophanti libros arithmeticos interpretatus est O. Schulz 822, Theodosii opus geometricum Nizze 826 et Aristarchi Samii libellum Iunge 1830. Alia omittimus.

κῆς θεωρίας μετεώρων libri duo nondum apud nos emendate editi, neque in linguam nostram conversi exstant, de quibus nunc pauca nobis sunt dicenda.

Cleomedes quando vixerit, parum constat inter doctos homines, ita, ut vel omnino incertam esse dicerent eius aetatem *), vel in ea constituenda ita inter se dissiderent, ut alii ante Christum eum vixisse putarent **), alii seculo IV vel V post Chr. eundem libros suos scripsisse affirmarent ***). Neque est quod mireris; nam nec ipse

*) Sic *Heilbronner* in hist. matheseos et *Fabricius* in Biblioth. graeca Vol. II. Neque *Weidler* (in hist. astronomiae), *Ioecher* (Allgemeines Gelehrten-Lexicon), et cuius liber praestantissimus nuper prodiit, *Wachler* (Lehrbuch der Litteraturgeschichte §. 47) certi quid affirmare audent.

**) *Riccioluș* quidem in Almagesto novo, T. I p. XXXII et 307, Cleomedem, κυκλικῆς θεωρίας scriptorem, quem, nescio quo auctore, a Cleomede alio sec. IV exeunte p. Chr. vivente distinguit, sec. I medio ante Chr. paulo post Posidonium vixisse dicit, a quo non multum discedit *Bayer*, qui Cl. Augusti tempore scripsisse putat. Inter recentiores idem statuit *Montucla* (Histoire des Math. T. I), qui Cleomedem Posidonii discipulum fuisse existimat, nec *Delambre* (Histoire de l'astronomie ancienne T. I. chap. XII) eorum sententiam improbat, qui Augusto imperante Cl. exstitisse dixerunt. *Saxius* initio sec. II p. C. floruisse Cl. putat.

***) Gerard Ioh. *Vossius* in libro suo de universae mathes. natura et constitutione κυκλικῆς θ. scriptorem c. a. 427 p. Chr. vixisse dicit: idem statuit *Peucer* in elementis astronomiae; quos sequuntur *Hamberger* (Zuverlässige Nachrichten von d. vornehmsten Schriftstellern, 3 B.) et alii. *Balforeus* quidem, etsi ipse quoque nihil certi de aetate Cl. affirmari posse dicat, tamen vel ex hoc ipso scripto licere putat coniecturam facere, eum Ptolemaeo non tam aetate inferiorem, quam superiorem fuisse aut parem; certe ante Constantinum M., non multo post Ptolemaeum astronomum vixisse eum censet. Similiter qui nuper eius librum denuo recognitum et emendatum apud Batavos edidit, *Bake*, Cleomedem sec. II vel III p. Chr. exstitisse statuit, neque tamen accuratius hanc quaestionem persecutus est.

Cleomedes aetatem suam ullo loco diserte indicavit, nec alius veterum, quantum equidem scio, hoc fecit. Semel eius nomen apud scriptorem graecum, Mich. Psellum, qui sec. XII vixit, in libello περὶ παντοδαπῆς ἐπιστήμης (apud Fabricium in biblioth. graeca Vol. V) commemoratum reperi; sed, quo tempore et loco vixerit, non traditur. Itaque in ipsis libris a Cleomede scriptis indaganda sunt, quae, qualis ille fuerit et quo tempore scripserit, indicent, quod cognosci non potest, nisi quis totos libros accurate et attente perlegerit et cum aliis veterum scriptis comparaverit. Quod si feceris, certe intelliges, eos errasse, qui Cleomedem sec. IV vel V post Chr. vixisse putarent, et quamquam quo anno scripserit, dicere non possum, tamen existimo, pro certo affirmari posse, eum non vixisse post sec. II, et facile iis assentior, qui ipso sec. II vel I p. Chr. eum exstitisse censent. Quod unde liceat colligi, nunc dicendum.

Ac primum quidem ii, qui *ante Cl. Ptolemaeum Mathematicum* Cleomedem κυκλικὴν θεωρίαν μετεώρων scripsisse affirmant, recte videntur monere, quod nullo loco Ptolemaei mentionem faciat, nec se eius scripta legisse prodat, id quidem manifesto esse documento, vixisse eum vel ante Ptolemaeum, vel eius fuisse aequalem. Nam si quis scriptorem, cuius libros nec ignorare, nec cognitos negligere poterat, nullo commemorat loco, nec, ubi res postulabat, se illos cognovisse, testatur — eum ante illum vixisse, certe non multo post exstitisse, recte iudicamus. Ptolemaeus vero scripsit de iisdem rebus, quas Cleomedes in libro suo persecutus est, et tam docte et luculenter illas res pertractavit, multa accuratius demonstravit, uberius explicuit et illustravit, nova etiam addidit, ut

opera eius (astronomicum alterum, alterum geographicum) merito praestantissima habeantur; unde mundi universi structura et compages, qualem ad Copernici usque tempora vulgo omnes sibi informaverant et in scriptis suis proponebant, a Ptolemaeo nominata est, quippe qui inter veteres mathematicos primus eius rationem accuratius descripsisset demonstrassetque et uberius exposuisset. Iam quis nobis persuadeat, Cleomedi, docto homini, rerum mathematicarum gnaro et studioso, illa Ptolemaei scripta ignota fuisse, si, quod nonnulli dixerunt, seculo III vel IV p. Chr. vixisset? Neque vero, si non ignota ei fuisse statuerimus, qui fieri potuerit, ut apud Cleomedem nulla omnino eorum vestigia deprehendantur, intelligitur. Ipse enim extremo l. I et II profitetur, se alios qui de iisdem rebus scripserint, secutum, et passim eos nominat *), et ex eorum scriptis, quae ad rem facere viderentur, affert. Accedit, quod nullum saepius commemorat, quam *Posidonium*, cuius auctoritas plurimum apud eum videtur valuisse, nec ullo loco scriptoris mentionem facit, qui post Posidonium vixerit. Ea vero quae de insula Thule tradit, non tam incerta protulisset, si, quae Ptolemaeus accuratius de eius situ docuit, cognovisset; nec, ubi orbis terrarum ambitum ex Eratosthenis et Posidonii computatione indicat, ea quae apud Ptolemaeum eadem de re aliter traduntur, silentio praeteriisset; nec, ut alia taceamus, quae de lunae et planetarum motu dicit, ita, uti apud eum legimus, tradidisset, si Ptolemaei *μεγάλη σύνταξις* iam tum exstitisset. Quae quum ita sint, recte videmur affirmare, scripsisse Cleomedem libros suos vel eodem

*) Eratosthenem, Hipparchum, Aratum, Heraclitum, Posidonium, qui vixit medio sec. I ante Chr.

tempore, quo opus illud Ptolemaei prodiit *), vel antea, itaque non vixisse post sec. II p. Chr. n.

Quod vero *Posidonium* saepius commemorat, nec ullum alium eorum qui post illum vixerunt, et quod illius auctoritatem maxime sequitur, id quidem movere nos possit, ut cum Montucla et Ricciolo Cleomedem vel Posidonii fuisse aequalem et discipulum, vel non multo post illum vixisse statuamus. Praeterea sunt nonnulla, quae sententiam eorum, qui Cleomedem multo post Ptolemaeum exstitisse censent, ineptam esse doceant. Nam primum quidem non est credibile, Cleomedem tam acriter et tam multis verbis contra Epicurum eiusque socios et amicos disputaturum fuisse, nisi eo tempore, quo scribebat, multi fuissent, qui istius philosophi auctoritatem sequerentur et sapientiam admirarentur, eiusque placita adversus Stoicos defendere studerent. Iam vero seculo IV, quum Constantinus M. religionem Christianam palam professus esset, Epicuri auctoritate sublata, rixa inter Epicureos et Stoicos conticuit, quam Cleomedis tempore viguisse, ex ipsius scriptis intelligimus. Itaque nullo modo cum Peucero, Vossio et aliis, vixisse Cleomedem sec. IV vel V p. C. n., statuere possumus. Tum ipsa quoque orationis indoles et conformatio videtur indicare, Cl. libros non scriptos esse post sec. II vel III. Neque tamen haec ita comparata sunt, ut Cl. aetas certo possit definiri; quare non diutius in his uberius exponendis commorabimur, quum ea quae supra attulimus, certiora esse videantur et clariora, quae docent, Cleomedem fuisse vel aequalem Ptolemaei, vel vixisse ante Ptolemaeum, quae nostra quidem est sententia.

*) Cl. Ptolemaeus vixit Alexandriae, Hadriano et Antonino imp., et a 147 p. Chr. mortuus esse dicitur.

Ubi natus fuerit Cleomedes et quo loco vixerit, non constat; certe *Graecum* fuisse, nomen videtur probare. Nec, utrum munere aliquo functus sit, dici potest. Psellus quidem loco supra allato eum vocat *philosophum*, et ex iis quae scripsit, praecipue vero e l. II c. I, satis patet, eum Stoicam philosophiam fuisse professum atque huius philosophiae placita toto animo amplexum. Ceterum, eum non fuisse Christianum, Balforeus colligit e loco illius ipsius l. II c. I, ubi *τὰ Ἰουδαϊκὰ* cum quodam contemtu dicuntur; certius vero documentum mihi videtur, quod c. IV et V corpora coelestia, nominatim solem et lunam, *deos* appellat. Praeter hanc *κυκλικὴν θεωρίαν μετεώρων* num alia scripserit, certo non constat; sunt tamen, qui in bibliotheca Vaticana et S. Marci, quae est Venetiis, alios quosdam eius libros manu scriptos asservari dicant, Arithmeticam scilicet et Harmoniam s. Harmonicen *).

Iam duos *κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων* libros quod attinet, ut verba quibus inscripti sunt, recte intelligantur, praecipue, quid sit *μετέωρον*, explicandum est, quod, a latino interprete non satis apte conversum *sublime*, retinuit, qui Cleomedis opus nuper recognitum edidit, etsi iam Cicero Acad. quaest. IV, 41 *supera atque coelestia* dixisset, quae apud Graecos sunt *μετέωρα*. Omnino *μετέωρον* quidem dicitur id quod in sublimi suspensum est et conspicitur, quale est *τὸ ὑψηλὸν καὶ οὐράνιον*, uti interpretatur scholiast. Aristophanis Nub. v. 228 *τὰ μετέωρα πράγματα*, et verti potest *sublime*, nec desunt veterum scriptorum loci,

*) Vid. Riccioli Almagest. nov. T. I p. XXXII et 307, Heilbronneri hist. mathes. p. 560 et Fabricii Biblioth. gr. Vol. IV p. 41. Certe *ἐπιχειρήματα* illa et *σχολικὰ*, quae a Cleomede commemorantur, non sunt scripta quaedam alia: sed his verbis indicat ea, quae ipse antea in *θεωρίᾳ* sua *κυκλικῇ* proposuerat.

ubi *μετέωρα* dicuntur ea, quae, sensibus non subiecta, altiora sunt et excelsiora, unde *μετεωρίζειν*, *μετεωρολογεῖν*, *μετεωροσκοπεῖν*, *μετεωροκοπεῖν*, *μετεωροφρονεῖν* et similia apud Platonem, Aristophanem et alios. Apud Cleomedem tamen et alios *μετέωρα* non sunt *sublimia*, quae latius patent, sed *corpora coelestia*. Interdum quidem omnia quae in coelo apparent apud veteres *μετέωρα* dicuntur, ita ut ab iis distinguantur terrestria et humilia. Nimirum antiquissimis temporibus sidera ab aliis quae simili splendore in coelo effulgent, non discernebantur, et cometae vulgo facibus et aliis quae subito inter sidera apparent et evanescunt, quae nos quidem graeco nomine *μετέωρα* dicere solemus, similes esse putabantur. Talia apud veteres proprio nomine *μετάρσια* appellari, Plutarchus, sive quis alius libellum scripsit (*περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις* III, 1), et Achilles Tatius ad Arati Phaenomena (p. 157 D.) testantur *). *Μετέωρα* vero vulgo *sidera* dicebantur, unde *μετεωρολογία* et *μετεωρολογική* passim eadem est, quae alias *ἀστρονομί* avel *ἀστρολογία* vocatur (v. Polluc. *Ὀνομαστ.* IV, 20). Apud Cleomedem quidem *θεωρίαν μετεώρων* referri ad corpora coelestia sive sidera, manifestum est ex ipsius operis argumento, quod infra accuratius indicabimus, unde simul, quae sit *κυκλικὴ θεωρία*, intelligitur. Pertinet enim ad eos circulos, quos astronomi in coelo descripserunt, quibus solis, lunae et reliquorum corporum coelestium motus fieri docebant, unde ea efficiuntur, quae Cleomedes in scripto suo persequitur. Non inepte igitur Rhodiginus verba

*) Schol. diserte dicit: *Διαφέρει μεταρσίων τὰ μετέωρα. Τὰ μὲν μετέωρα ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι ἐστίν, ὡς ἥλιος καὶ τὰ λοιπά, καὶ οὐρανὸς καὶ αἰθήρ· μετάρσια δὲ τὰ μεταξὺ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς γῆς, οἷον ἄνεμοι καὶ νεφέλαι, ὄμβροι, ἀστραπαὶ κ. τ. λ.*

quibus inscriptum est Cl. opus, latine vertit: *de contemplatione orbium coelestium*, quibus adde *sidera*, vel *corpora coelestia*, ut plena sit inscriptio: *Orbium et corporum coelestium contemplatio*, sive, si θεωρίαν cum Bakio *doctrinam* latine dixeris, *doctrina de orbibus et corporibus coelestibus*. Duo sunt libri, quorum alter capp. XI, alter cc. VII constat. Verba, quibus argumentum singulorum capitum breviter indicatur, etsi non videantur ab ipso scriptore profecta esse, retinuimus, Bakio praeeunte, uncinis inclusa.

Iam quae Cleomedes in his libris persecutus est, deinceps breviter indicabimus, ita ut, quo modo et quo ordine singula pertractata sint, appareat, quo facilius de totius operis ratione et utilitate possit iudicari. Quod primum erat dicendum, initio libri I Cl. quid sit κόσμος, pluribus exponit, huic vocabulo non eandem esse apud omnes notionem docens. Apud astronomos quidem κόσμον esse dicit universum mundum, quem quum illis temporibus nonnulli infinitum esse dicerent, Cleomedes docet, hoc non posse statui, nec ullum in eo vacuum esse spatium, propterea quod singulae eius partes arctissimo quodam quasi vinculo inter se cohaereant et coniunctae sint. Extrinsecus autem spatium esse inane idque infinitum, multis verbis demonstrare conatur contra Aristotelem eiusque adsectatores, qui id negarent, eoque potissimum, quod Stoici docebant, mundum igni consumi et dissolvi, probare studet. Simul affirmat, vim aliquam inesse mundo, qua omnia ad medium ferantur, et quae efficiat, ut singulae eius partes inter se coniunctae contineantur et universus mundus in loco suo consistat. Denique in fine c. I docet, mundum esse globosum et terrarum orbem in medio mundo collocatum simul infra coelum esse, quum

quae globi medium teneant, eadem sint infima, supera autem, quae superficiem attingant. Cap. II de *circulis illis quinque parallelis* qui dicuntur s. aequidistantibus agit, quos astronomi in coelo descripserunt — de circulo aequinoctiali, quem aequatorem vulgo vocant, et de circulis tropicis et arcticis s. polaribus — et de *zonis*, quae circulis illis distinguuntur, quorum tres quidem, tropicos duos et qui medius est inter hos, aequinoctialem, eosdem esse patet, quos omnes hodie iisdem nominibus appellant; at *circuli arctici*, quales Cleomedes tradit, longe illi differunt a *circulis polaribus*, quos nunc vocant, de quibus infra plura dicemus, ubi simul breviter docebimus, quomodo apud veteres circulis illis arcticis zonae fuerint distinctae, quod vix ullo modo commode fieri posse videatur. Zonam quidem torridam circulis tropicis inclusam, sicut frigidas, e vulgari illorum temporum opinione *inhabitabiles* esse affirmat; sed temperatam utramque nec brutis animantibus, nec ratione praeditis carere docet; nam recte censet, ubicunque terrarum animalia possint vivere, ibi inveniri, unde nec *antipodes* esse negat. Accurate porro, quibus inter se vel differant vel conveniant utriusque zonae incolae, quod attinet dierum noctiumque rationem et anni temporum vicissitudines, docetur. Praeclare vero dicit, diversos diversarum regionum incolas ita invicem sibi esse oppositos, ut quodam fraternae necessitudinis vinculo contineri esse videantur.

Cap. III de motu stellarum fixarum et errantium, quae dicuntur, disserit. Deinde postquam capp. seqq. de *zodiaco* s. *signifero* et de *ecliptica*, quae necessaria esse viderentur, dixit et nonnulla de circulis arcticis addidit, uberius exponit de *climatibus* a solis cursu annuo et poli supra circulum finientem s. horizonta altitudine pendentibus, et

de diversa ratione, qua mundus diversarum zonarum incolis moveri videtur. Cap. VI docet, quae causa sit, quod dies non aequabiliter crescant et decrescant, nimirum, quod sol non medium locum teneat orbitae suae, unde cursus eius per signiferum modo celerior, modo tardior efficiatur.

Cap. VII docetur, quomodo, si umbram spectes, diversarum regionum incolae discerni possint: alios esse περισκίους, alios ἑτεροσκίους, alios denique ἀμφισκίους, quod quale sit et quibus in locis accidat, demonstratur. Praeterea de diversa apud diversos dierum longitudine disseritur.

Cap. VIII variae variorum de *figura terrae* opiniones recensentur et refutantur, denique *globosam* esse docet Cleomedes, unde intelligi affirmat, mundum totum esse globosum, quod ut statuamus, propterea quoque necesse esse dicit, quod mundo, corpori perfectissimo, forma conveniat perfectissima i. e. globosa. Terrarum orbem in ipso mundo medio situm esse, capp. seqq. docet et eius magnitudinem quantam statuerint *Eratosthenes* et *Posidonius*, tradit. Denique sub finem l. I probare studet, totum terrarum orbem, potiorem quidem mundi partem, nihilominus tamen sole et stellis fixis esse minorem et ad universum mundum puncti instar habere.

Initio libri II Cleomedes graviter invehitur in *Epicurum* et eius socios, statuentes, solem tantulum esse, quantulus oculis appareat, quod quam ineptum sit et absurdum, multis verbis docetur. Magnum vero esse solem, nec minorem quam totum terrarum orbem, argumentis pluribus allatis demonstratur. Tum accuratius quanta sit eius magnitudo, e sententia Hipparchi, Posidonii et aliorum traditur, quod quo magis appareat, insignem ac multiplicem

eius vim et efficaciam egregie praedicat, quibus addit nonnulla de lunae vi in aere et oceano conspicua, cuius lumen et efficaciam a sole proficisci pateat.

Praeterea vanam Epicuri sapientiam, ab amicis praedicatam, irridet eumque cum Thersite Homerico comparat. Nec vanitatem solum eius et inscitiam, sed etiam lasciviam et sordidum ingenium graviter vituperat castigatque.

Deinde cap. II solem maiorem esse quam terram pluribus demonstrat, praecipue ex umbra eius, quam terrae umbram magnitudine multo superare pateat. Cap. III dicit de lunae magnitudine, quam non exiguam esse, colligitur tum ex umbra, qualis in solis defectu conspicitur, tum ex eius vi et efficacia, qua mare totum commoveat et lumine suo mundum universum collustret. Minorem tamen eam esse quam terrarum orbem, nec ullum aliud corporum coelestium propius abesse a nobis docet. Capp. seqq. de lucis lunaris natura quid statuerint astronomi, traditur, quam ipse mixtam esse vult e radiis solis et peculiari quodam lumine. Addit nonnulla de lunae phasibus quae vocantur et eclipsibus s. defectu. Denique sub finem l. II, c. VII, pauca dicuntur de lunae et planetarum cursu.

Ex iis quae dicta sunt, satis manifestum esse putamus, quae Cleomedes in his duobus libris persecutus fuerit, et quo consilio scripserit. Non totam quidem astronomiam et geographiam mathematicam, quas tum uno quasi corpore coniunctas fuisse constat, exponere voluit et illustrare, sed iis qui utramque accuratius cognoscere cuperent, viam aperire et munire ad interiorem earum cognitionem, ita quidem, ut nonnulla, quae graviora essent ac difficiliora, uberius exponeret et demonstraret, et varias variorum sententias recenseret et recognosceret, ma-

thematicorum veterum probatissimos, praecipue Posidonium, secutus *). Simul quae Stoici docerent de mundi universi et corporum coelestium natura, exponere et contra Epicureos defendere studuit, quorum vanitatem demonstrat et irridet. Itaque et docere voluit Cleomedes, et defendere doctrinam Stoicorum ac refutare adversarios. Utramque si spectes, utilis erat lectoribus Cl. θεωρία, praecipue vero propter accuratam et perspicuam rerum nonnullarum explicationem, quae ad astronomiae et geographiae mathematicae scientiam pertinent, nec inter veteres scriptores facile reperias, qui de circulis parallelis et de zonis, de diversa apud diversarum regionum incolas dierum noctiumque et anni temporum ratione et vicissitudine, de terrae magnitudine et figura eiusdemque cum sole et universo mundo ratione, denique de lunae natura, motu et lumine eiusque et solis vi et efficacia, volumine haud magno melius praeceperit, ita ut omnibus, qui de his rebus edoceri et varias doctorum hominum sententias et opiniones cognoscere cuperent, sufficeret. Nec aequalibus tantum perutilis erat Cleomedis libellus, a nostris etiam hominibus idem non sine fructu et voluptate legetur, si qui vel ipsi illas res cognoscere, vel, quid veteres de iis statuerint et quibus rationibus ea quae statuerent, comprobare conati fuerint, scire cupiant. Iuvat hic inserere, quae Balforeus, qui primus Cleomedis opus accuratius recognovit et emendatum commentariisque docte illustratum edidit, idoneus sane censor, qui, quantum pretium ei statuerit, inde patet, quod *opus divinum* vocat, in praefatione dixit: *Inter erudita antiquae Graeciae monumenta est opus hoc* περὶ κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων,

*) Ipse opus suum εἰσαγωγὴν dicit in fine l. I.

a summo scriptore, Cleomede, nobis relictum, quod praeter accuratissimam coelorum et siderum descriptionem tanta doctrina tamque multiplici theorematum geometricorum varietate instructum et ornatum est, ut, si in hoc genere unius Ptolemaei e veteribus scripta excipias, nihil plane in omni vetustate reperiatur cum eo comparandum. Idem alio loco dicit, nullum alium ex omni antiquitate scriptorem ad astronomiae elementa recte percipienda maiori cum fructu vel domi privatim legi, vel in scholis publice doceri posse quam Cleomedem. Accedit, quod ex iis, quae Cleomedes Stoicus docet et adversus Epicureos disputat, nos, quibus de veterum Stoicorum et Epicureorum scriptis pauca restant, qualis fuerit illorum philosophorum doctrina, et qualis inter eos contentio, qualis obtrectatio, melius intelligimus.

Nec a grammaticis et philologis negligendus est Cleomedes. Nam quae docti homines scribunt, ea quidem ita comparata esse solent, ut iis quoque, qui verba magis quam res curant, passim vel nova quaedam, vel quibus uti possint ad aliorum scriptorum dicta illustranda, et ad grammaticam verborum rationem explicandam et comprobandam, suppeditent. Denique vero non contemnenda est ea utilitas quae percipitur e Cleomedis opere cum aliorum scriptorum libris comparato, sive spectes geometras et astronomos, sive philosophos et eos qui Stoicorum et Epicureorum placita tradiderunt et illustraverunt. Quae si reputes, sane mireris, quod Cleomedes per tot annos neglectus et paucis notus iacuerit, quum non deessent codices, quibus uti possent ad libros editos emendandos *).

*) Crebro descriptum esse dicit Bake Cl. libellum, quippe qui et multa breviter, et magna graviaque argumenta satis perspicue ornateque demonstraret, ita ut fere nulla paulo in-

in Fabricii bibliothecae graecae ab Harlesio editae Vol. IV p. 40 sat multi codd. commemorantur in bibliothecis Germaniae, Galliae, Britanniae, Belgiae et Italiae asservati, quos non opus est hic singulos enumerare et recensere. Nonnullis addita sunt scholia et glossae et exstant praeterea Ioannis Pediasimi commentarii uberiores. Graece typis expressum prodiit Cleomedis opus a. MDXXXIX Parisiis per Conradum Neobarium, regium in graecis typographum, ita inscriptum: *Κλεομήδους κυκλικὴ θεωρία εἰς βιβλία β'.* Quem librum primum esse inter editos vulgo putarunt, quod additum est: *Nunc primum typis excusa prodit.* Sed exstat liber rarus typis expressus, quem nondum vidimus, ita inscriptus: Aristotelis de mundo. Graece cum Guil. Budaei versione latina et Simon. Grynaei scholiis. Accesserunt Philonis et Cleomedis libri, graece et latine, Georgio Valla interprete. Basileae ap. I. Walderum. 1533. V. Fabr. bibl. gr. cur. Harles. Vol. III p. 345. Qui Parisiis primum edidit Cleomedem, ipse fatetur in fine libelli, se usum esse non nisi uno codice eoque multis in locis depravatissimo, unde factum esse dicit, ut quaedam (imo multa) non satis emendate sint expressa. Nec qui post eum Cleomed. opus ediderunt sec. XVI *), emendatum exhibuerunt. Qui vero latine primum vertit, Georgius Valla (prodiit Cl. a V. in l. lat. conversus Venetiis iam a. 1488), is quidem tam negligenter hac in re versatus est, ut hominis vel inscitiam vel

structior sit bibliotheca per Europam, quin plures codd. mscr. contineat.

*) Basileae a. 1547, 1561 et 1585 cum Arati Phaenom. et Dionysii Afri descriptione orbis habitabilis. Antwerpiae Cleomed. prodiit ex offic. Locia a. 1553 teste Fabricio. V. Bibl. gr. c. Harles. Vol. IV p. 39.

levitatem non possis non mirari et vehementer vituperare, qui multa ita verterit, ut non aliena modo sint a sententia scriptoris, sed inepta etiam et absurda; quare recte reprehendas eos, qui postea quum ederent Cleomedem, non solum graeca non emendarent, sed interpretationem etiam istam retinerent mendosam. Neque ante initium Seculi XVII inventus est, qui Cleomed. opus emendatius exprimendum curaret et doctis commentariis illustraret. A. MDCV demum Burdigalae apud Simon. Melangium, typographum regium, prodiit liber ita inscriptus: *Cleomedis meteora graece et latine. A Roberto Balforeo ex ms. codice bibliothecae illustrissimi Cardinalis Ioyosii multis mendis repurgata, latine versa et perpetuo commentario illustrata.*

Quod ipse dicit Balforeus, se coelum Cleomedeum, errorum densa nube obductum et pravae versionis caligine ex multorum oculis ereptum, sedulo conatum esse usibus omnium et visibus iterum aperire, id non temere praedicavit. Nam diligenter non solum codicis illius Tholosani ope, quem optimae notae esse affirmat, sed non integrum, graeca emendavit; sed alio quoque libro usus est, in cuius margine ab Elia Vineto scripturae varietas ex veteri exemplari adiecta esset, quem saepe in locis corruptis emendandis sibi auxilio fuisse dicit. Praeterea graeca ipse melius latine vertit et commentario, figuris etiam additis, docte et luculenter illustravit. Verumtamen nondum ita erant omnia emendata et sana, ut nihil posset addi, quod ipse ingenue fatetur. „Quodsi, „inquit, vel tantum otii munus hoc meum longe negotio„sissimum, vel facultatis emendatiorum exemplarium co„pia mihi concessisset, quantum alacritatis animus ad iu„vanda communia studia promptus tribuit, eruditum istud

„antiquitatis monumentum a mendis quibus scatebat pur-
„gatum plane sanum dedissem et integrum. Sed si dare,
„ut voluimus, non licuit, saltem, ut potuimus, libuit.
„Licet enim librorum copia defecti menda ex eo omnia
„non sustulerimus, effecimus tamen, ut minus multa re-
„sidua sint. Nam quaedam adhuc superesse, non infi-
„cior, quae emendatioris codicis opem exspectant: non-
„nulla etiam, quae a meliore ingenio restitui possunt, et
„ut fiat, optamus.“ Et sane codices exstabant melioris
notae nondum comparati et alia subsidia accesserant non
contemnenda, quibus uti posset, qui Cleomedeum opus
denuo esset editurus et illustraturus: sed inde ab illo
tempore, quo Balforeus operam suam et studium in Cleo-
medis librum emendandum, interpretandum et explican-
dum impenderat, per ducentos annos amplius non exsti-
tit, qui illum ederet, vel in aliam linguam converteret.
Quo factum est, ut paucis esset notus et in bibliothecis
abditus delitesceret. Quae quum ita essent, neque alium
utile Cleomedis opus denuo edendum parare accepissem,
ipse operam meam qualemcunque in ea re ponere statui,
quam non inutilem nec ingratam multis fore sperarem,
Verum antequam perficere potui id quod non temere
susceperam, a. MDCCCXX prodiit Cleomedes Lugduni
Batavorum apud S. et I. Luchtmans, academiae typogra-
phos, editus a Bakio. Liber ita inscriptus est: *Κλεο-
μήδους κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων βιβλία
δύο. Cleomedis circularis doctrinae de sublimibus li-
bri duo. Recensuit, interpretatione latina instruxit, com-
mentarium Roberti Balforei suasque animadversiones
addidit Ianus Bake.* Ut graeca quam fieri posset emen-
datissima ederet, dicit, se codices duos praestantiores in
bibliotheca publica academiae Lugduno-Batavae et alios

duos Parisienses, in bibliotheca regia asservatos, quorum nonnullis scholia essent adiecta, adhibuisse. Praeterea plurimum adiumenti et copiae attulit ei apparatus Kulenkampii in Cleomedem a bibliothecae Gottingensis custodibus suppeditatus, in quo volumine exhibetur scripturae varietas codicum nonnullorum a Balforeo non collatorum, Bremensis, Bernardi duorum, Bodleiani, Augustani, Moscoviensis, ipsius Kulenkampii et aliorum. Praeterea Boissonade scripturae discrepantiam e cod. alio Parisiensi excerptam cum eo communicavit. His subsidiis instructus multa menda tollere potuit, quae a Balforeo intacta mansissent, ut non dubitet affirmare, quantum fieri potuerit, a se pristinam formam restitutam esse Cleomedi, cui expoliendo, emendando, illustrando per tres annos omne quod sibi ab aliis negotiis reliquum esset tempus, se tribuisse dicit. Tanta vero eius fuit diligentia et religio, ut nihil mutaret sine librorum proborum auctoritate, nisi forte manifestum scripturae vitium deprehendisset, a nullo librario correctum; nec eorum levitatem imitatus est, qui temere, utcumque placuerit, quae ipsi excogitarunt, scriptori obtrudunt, ut non ea legas quae ipse scripsit, sed quae isti eum scripsisse volunt. Itaque graeca Bakii, viri doctissimi, cura et diligentia nunc sic constituta sunt, ut pauca restent, quae emendatione indigere videantur *), et pleraque tam accurate expressa sunt, ut raro invenias, quae sint corrigenda. Infra diligenter notata est scripturae varietas. Sequitur interpretatio latina et Balforei commentarius, cui suam addidit Bake adnotationem, et praeterea indicem duplicem, alterum scriptorum, qui in ad-

*) Talis locus est l. I p. 6, 26. Nos veram scripturam restituimus: v. infra.

notatione vel emendantur vel illustrantur, alterum rerum et vocabulorum explicatorum.

Ceterum quod attinet rerum explicationem, nonnulla desideres. Balforei quidem commentarium doctum esse et satis luculentum non negamus, sed alia addi poterant, alia omitti, alia denique melius exponi. Nos nonnulla inde excerpta in adnotatione dedimus. Quae Bake addidit, ea quidem proba sunt et doctrinam eius atque diligentiam testantur; sed ad philosophiam tantum pertinent, nec res mathematicas attingunt, in quibus illustrandis operam suam ponere noluit. „Neque omnino — haec ipsa eius „sunt verba — geometriae caussa tota haec a nobis suscepta est editio; quippe quod munus praestare nec volebamus, nec poteramus, eamque partem viris eruditissimis relinquere malebamus, qui nec Graecarum literarum rudes sunt, et peritissime astronomiae et reliquarum disciplinarum Mathematicarum historiam explicant. „Nostram opellam omnem ad reliquam Stoicorum doctrinam a Cleomede proditam illustrandam contulimus, eiusdemque generis quae in aliis scriptoribus tradita invenirem, diligentius exploranda.“ Itaque si quis ea, quae ille non attigit, accuratius exploranda et pertractanda sibi sumserit, nonnulla quae attinent veterum astronomiam et geographiam mathematicam, uberius poterit exponere ac demonstrare.

Nos quidem nunc Cleomedis opus edimus, quod nondum apud Germanos factum est, diligenter emendatum, addita potiori scripturae varietate et brevi adnotatione, ita ut ab omnibus emi et legi possit, qui illud cognoscere cupiunt.

Quamquam vero a Bakio, ut graeca quam fieri posset emendatissima ederentur, cura esset adhibita; tamen,

quum comperissemus, Lipsiae in bibliotheca academica asservari codicem bonae notae *) nondum accurate collatum, ut quibus in locis discreparet a scriptura Bakio probata indicaretur, voluimus, quod ab *Godofredo Hermanno* accuratissime factum est, quam scripturae discrepantiam ab illo benigne nobiscum communicatam, id quod grato animo hic testamur, ubi infra subiunximus, addita est litera L. Non pauca vero invenies, quae in cod. illo Lips. aliter scripta exstant, quam apud Bakium et in aliis libris leguntur, et uno in loco (I p. 6, 28.), corrupto illo et difficili, nec a Bakio emendato, certe scripturam praebet veram, quam recepimus.

Sic post Bakium Cleomedis libello edendo operam non inutilem suscepisse nos putamus, quae ut aliis quoque probetur, vehementer optamus.

Scr. Numburgi m. Mart. a. MDCCCXXXI.

Car. Christ. Theoph. Schmidt.

*) Volumen membranaceum est, multitudine scriptorum, quae eo comprehenduntur, et antiquitate, non tamen universe, sed in singulis scriptis definienda, conspicuum, et continet praeter alia *Κλεομήδους κυκλικὴν θεωρίαν* et Aristotelis libellos de Zenone, Xenophane et Gorgia. Codex Cleomedem et hos libellos complexus eadem est manu scriptus et *Beckio* seculo XIII tribuendus videtur (vid. programma Lipsiae a. 1793 editum, cui praemissa est varietas scripturae libellorum Aristotelicorum e cod. illo Lips. diligenter enotata). Ceterum, quod valde doleas, liber ille mancus est; nam omnia desunt quae leguntur inde a l. I. c. X usque ad l. II. c. IV: a verbis *πάνυ ἀλόγως τοῦτο δοξάζουσιν* usque ad v. *διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον τῶν προειρημένων ἀποπέμπει τὸ φῶς.*

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. XVII lin. 18 vv. qui Par. primum edidit Cleomedem — add. seorsum: Cuius libri scripturam exhibuimus, ubi addit. est *ed. pr.*
— XVIII l. 20 scr. Tolosani
— 16 l. 1 scr. *μειώσεις*
— 41 l. 10 scr. *τουτέστι*
— 71 ad l. 16 scr. libri duo *τῆς ἀγορᾶς* pr. τ. *προσευχῆς*.
— 88 ad l. 29 scr. Bern.
— 93 l. 82 scr. *κωνοειδής*

P. indicat cod. Paris.
M. — — Mosquens.
Bern. — — Bernardi, cuius scriptura exhibetur quoque p. 52 et 58, ubi scr. cod. Bern. Cf. praefat.

ΚΛΕΟΜΗΔΟΥΣ

ΚΥΚΛΙΚΗΣ ΘΕΩΡΙΑΣ ΜΕΤΕΩΡΩΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Κεφ. α.

[Περὶ τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ ἔξω αὐτοῦ κενοῦ, καὶ ὅτι τὸ μέσον τοῦ κόσμου ἅμα καὶ κάτω ἐστίν.]

p. 1 Blf. Τοῦ κόσμου πολλαχῶς λεγομένου, ὁ νῦν ἡμῖν λόγος
ἐνεστηκὼς περὶ τοῦ κατὰ τὴν διακόσμησίν ἐστιν, ὃν
ὁρίζονται οὕτω. Κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ
γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων. Οὗτος δὲ πάντα μὲν
τὰ σώματα ἐμπεριέχει, οὐδενὸς ἁπλῶς ἐκτὸς αὐτοῦ ὑπάρ- 5
χοντος, ὡς ἐν ἑτέροις δείκνυται, οὐ μὴν ἄπειρός γε,
ἀλλὰ πεπερασμένος ἐστίν· ὡς τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ὑπὸ
φύσεως αὐτὸν διοικεῖσθαι. Ἀπείρου μὲν γὰρ οὐδενὸς
φύσιν εἶναι δυνατόν· δεῖ γὰρ κατακρατεῖν τὴν φύσιν,
οὕτινός ἐστιν· ὅτι δὲ φύσιν ἔχει τὴν διοικοῦσαν αὐ- 10
τόν, γνώριμον, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς τάξεως τῶν ἐν αὐ-
τῷ μερῶν, ἔπειτα ἐκ τῆς τῶν γινομένων τάξεως, τρί-
τον ἐκ τῆς συμπαθείας τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν πρὸς ἄλλη-
λα, τέταρτον ἐκ τοῦ ἕκαστα πρός τι πεποιῆσθαι, καὶ
λοιπὸν ἐκ τοῦ πάντα μεγαλωφελεστάτας παρέχεσθαι τὰς 15
χρείας· ἅπερ ἴδια καὶ τῶν ἐπὶ μέρους φύσεών ἐστιν.

PRAECIPUA SCRIPTURAE VARIETAS.

8. διοικεῖ pro οὐδενὸς P. 11. γνώριμον] δῆλον L. 16. μέρος L.

Ὥστε φύσιν ἔχων τὴν διοικοῦσαν, αὐτὸς μὲν πεπέρα- 2
σται ἀναγκαίως· τὸ δὲ ἐκτὸς αὐτοῦ κενόν ἐστιν ἀπὸ
παντὸς μέρους εἰς ἄπειρον διῆκον· τούτου δὲ τὸ μὲν
ὑπὸ σώματος κατεχόμενον τόπος καλεῖται, τὸ δὲ μὴ
5 κατεχόμενον κενὸν ἂν εἴη. Ὅτι δὲ ἔστι κενόν, διὰ
βραχέων ὑπομνήσομεν. Πᾶν σῶμα ἔν τινι εἶναι, ἀναγ-
καῖον. Τοῦτο δὲ ἐν ᾧ ἐστι, τοῦ κατέχοντος αὐτὸ καὶ
πεπληρωκότος ἕτερον εἶναι δεῖ, ἀσώματον ὂν καὶ οἷον
ἀναφές. Τὴν οὖν τοιαύτην ὑπόστασιν, οἵαν τ' ἂν οὖ-
10 σαν δέχεσθαι σῶμα καὶ κατέχεσθαι, κενὸν εἶναί φαμεν.
Ὅτι δὲ ἔν τινι τοιούτῳ τὰ σώματά ἐστι, μάλιστα ἐπὶ
τῶν ὑδάτων καὶ πάσης τῆς ὑγρᾶς οὐσίας πάρεστιν ὁρᾶν.
Ὁπόταν γὰρ ἐκ σκεύους, ὑγρὸν ἔχοντος καὶ στερεόν τι
ἐν αὐτῷ σῶμα, ἄρωμεν τὸ στερεόν, συμπίπτει τὸ ὕδωρ
15 ἐπὶ τὸν τοῦ ἐξηρμένου τόπον, καὶ οὐκ ἔτι ἡ αὐτὴ ἔξαρ-
σις αὐτοῦ φαίνεται, ἀλλὰ τοσούτῳ ἐλάττων, ὅσον τὸ τοῦ
ἐξαρθέντος μέγεθος ἦν. Καὶ πάλιν, ἂν εἰς πεπληρω-
μένον ὑγροῦ σκεῦος στερεόν τι ἐμβληθῇ, τοσοῦτον
ὑπερχεῖται τοῦ ὑγροῦ, ὅσος ἐστὶν ὁ τοῦ ἐμβληθέντος
20 στερεοῦ ὄγκος· οὐκ ἂν τούτου συμβαίνοντος, εἰ μὴ ἔν
τινι τὸ ὑγρὸν ὑπῆρχε πεπληρωμένῳ ὑπ' αὐτοῦ καὶ οἵῳ
τε ὄντι ὑπὸ σώματος κατέχεσθαι. Τὸ δὲ ὅμοιον καὶ
ἐπὶ τοῦ ἀέρος γίνεσθαι ὑποληπτέον. Καὶ γὰρ οὗτος
ἐξωθεῖται ἐκ τοῦ κατεχομένου ὑπ' αὐτοῦ τόπου, ὁπόταν
25 στερεόν τι καταλαμβάνῃ αὐτόν. Ὅταν γοῦν εἴς τι σκεῦος 3
ἐγχέωμέν τι, ἀντιλαμβανόμεθα ἐξιόντος τοῦ ἐν αὐτῷ
πνεύματος, καὶ μάλιστα, ὅταν στενὸν ἔχῃ τὸ στόμα.
Καὶ μὴν καὶ τὸν κόσμον αὐτὸν δυνάμεθα ἐπινοῆσαι κι-
νούμενον ἐκ τοῦ τόπου, ὃν νῦν τυγχάνει κατειληφώς.
30 Ταύτῃ δ' αὐτοῦ τῇ μεταβάσει συνεπινοήσωμεν τόν τε
ἀπολειφθέντα τόπον κενὸν ὄντα, καὶ εἰς ὃν μετέστη,
κατειλημμένον καὶ κατεχόμενον ὑπ' αὐτοῦ· οὗτος δ' ἂν
εἴη κενὸν πεπληρωμένον. Εἰ δὲ καὶ εἰς πῦρ ἀναλύεται

1. πεπεράτωται L. 16. ἀλλὰ πᾶν ὅσον τοῦ ἐξαιρεθέντος
μέγεθος ἦν L.

ἡ πᾶσα οὐσία, ὡς τοῖς χαριεστάτοις τῶν φυσικῶν δοκεῖ,
ἀνάγκη πλέον ἢ μυριοπλασίονα τόπον αὐτὴν καταλαμ-
βάνειν· ὥσπερ καὶ τὰ εἰς ἀτμὸν ἐκθυμιώμενα τῶν στε-
ρεῶν σωμάτων. Ὁ τοίνυν ἐν τῇ ἐκπυρώσει ὑπὸ τῆς
οὐσίας ἐκχεομένης καταλαμβανόμενος τόπος νῦν κενός 5
ἐστιν, οὐδενός γε σώματος αὐτὸν πεπληρωκότος. Εἰ δὲ
φήσει τις, μὴ γίνεσθαι ἐκπύρωσιν, οὐδὲν πρὸς τὸ μὴ
εἶναι κενὸν ἐναντιοῦται τὸ τοιοῦτον. Καὶ γὰρ εἰ μό-
νον ἐπινοήσαιμεν χεομένην τὴν οὐσίαν καὶ ἐπὶ πλεῖον
ἐκτεινομένην, οὐδενὸς αὐτῇ πρὸς τοιαύτην ἔκτασιν ἐμ- 10
ποδὼν γενέσθαι δυναμένου, αὐτὸ ἂν τοῦτο, εἰς ὃ τῇ
ἐπινοίᾳ χωροίη κατὰ τὴν ἔκτασιν, κενὸν ἂν εἴη· ὥσπερ
ἀμέλει καὶ τὸ νῦν κατεχόμενον ὑπ' αὐτοῦ κενόν ἐστι
πεπληρωμένον. Ὅθεν οἱ λέγοντες ἔξω τοῦ κόσμου μη-
δὲν εἶναι φλυαροῦσιν. Αὐτὸ γὰρ τοῦτο, ὃ μηδὲν κα- 15
λοῦσιν, οὐδήπου χεομένῃ τῇ οὐσίᾳ ἐμποδὼν δύναται
4 στῆναι· ὥστε ἐπιλήψεταί τινος χεομένη ἡ οὐσία, καὶ τὸ
ἑκάστοτε κατὰ τὴν χύσιν ἐπιλαμβανόμενον ὑπ' αὐτῆς
πληρωθήσεται ὑπὸ τοῦ ἐπιλαμβάνοντος καὶ γενήσεται
τόπος αὐτοῦ, ὅπερ ἐστὶ κενὸν ὑπὸ σώματος κατεχόμε- 20
νον καὶ πεπληρωμένον. Τοῦτο οὖν, πάλιν συστελλομέ-
νης τῆς οὐσίας, καὶ εἰς ἐλάττονα ὄγκον συναγομένης,
κενὸν γενήσεται. Ὥσπερ τοίνυν ἔστι τι τὸ σῶμα δεξά-
μενον, οὕτω καὶ τὸ οἷόν τε δέξασθαι σῶμα. Τοῦτο δ'
ὅπερ καὶ πληρωθῆναι καὶ ἀπολειφθῆναι ὑπὸ σώματος 25
οἷόν τε, κενόν ἐστιν. Ἀναγκαῖον τοίνυν εἶναί τινα
ὑπόστασιν κενοῦ. Ἔστι δὲ ἁπλουστάτη ἡ αὐτοῦ ἐπίνοια,
ἀσωμάτου τε καὶ ἀναφοῦς ὄντος, καὶ οὔτε σχῆμα ἔχον-
τος οὔτε σχηματιζομένου, καὶ οὔτε τι πάσχοντος οὔτε
ποιοῦντος, ἁπλῶς δὲ σῶμα δέχεσθαι οἵου τε ὄντος. 30

Τοιοῦτον δὲ ὑπάρχον τὸ κενὸν ἐν μὲν τῷ κόσμῳ
οὐδὲ ὅλως ἐστί. Δῆλον δὲ ἐκ τῶν φαινομένων. Εἰ γὰρ
μὴ δι' ὅλου συμφυὴς ὑπῆρχεν ἡ τῶν ὅλων οὐσία, οὔτ'

18. φύσιν codd. plerique et L. 23. ὥσπερ τονῦν ἔστι τι σῶμα οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ οἷον τε δέξ. σ. L. 28. ἀφανοῦς P.

ἂν ὑπὸ φύσεως οἷόν τ' ἦν συνέχεσθαι καὶ διοικεῖσθαι
τὸν κόσμον, οὔτε τῶν μερῶν αὐτοῦ συμπάθειά τις ἂν
ἦν πρὸς ἄλληλα, οὔτε, μὴ ὑφ' ἑνὸς τόνου συνεχομένου
αὐτοῦ καὶ τοῦ πνεύματος μὴ δι' ὅλου ὄντος συμφυοῦς,
5 οἷόν τ' ἂν ἦν ἡμῖν ὁρᾶν ἢ ἀκούειν. Μεταξὺ γὰρ ὄν-
των κενωμάτων, ἐνεποδίζοντο ἂν ὑπ' αὐτῶν αἱ αἰσθή-
σεις. Τά τε στενόστομα τῶν σκευῶν, περιτρεπόμενα ἐν 5
τοῖς ὕδασιν, ἐνεπίπλαντο ἄν, διὰ τῶν κενωμάτων τοῦ
ὕδατος παρεμπίπτοντος. Νυνὶ δὲ οὐ γίνεται τοῦτο, διὰ
10 τὸ πλήρη εἶναι αὐτὰ ἀέρος, καὶ τοῦτον μὴ δύνασθαι
ἐκθλιβῆναι διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ὕδατος περιέχεσθαι τὰ στό-
ματα αὐτῶν. Ἔστι δὲ μύρια ἕτερα, δι' ὧν τοῦτο δεί-
κνυται, περὶ ὧν νῦν λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον.

Ἐν μὲν οὖν τῷ κόσμῳ κενὸν εἶναι, ἀδύνατον·
15 Ἀριστοτέλης δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως οὐδὲ ἔξω
τοῦ κόσμου κενὸν ἀπολείπουσι. Δεῖ γάρ, φασίν, τὸ
κενὸν ἀγγεῖον εἶναι σώματος· ἔξω δὲ τοῦ κόσμου σῶμα
οὐδὲν ἔστιν, ὥστε οὐδὲ κενόν. Τὸ δ' ἐστὶν εὔηθες, καὶ
ὁμοιότατον ὡς εἴ τις λέγοι, ἐπεὶ ἐν τοῖς ξηροῖς καὶ ἀνύ-
20 δροις τῶν τόπων εἶναι ὕδωρ οὐχ οἷόν τε, ἀδύνατον εἶ-
ναι καὶ σκεῦος ὕδωρ δέξασθαι δυνάμενον. Εἰδέναι οὖν
χρή, ὅτι ἀγγεῖον σώματος διχῶς λέγεται· τὸ μὲν ἔχον
σῶμα καὶ πεπληρωμένον ὑπ' αὐτοῦ, τὸ δ' οἷόν τε
δέξασθαι σῶμα. Ἀλλά, φασίν, εἰ ἦν ἔξω τοῦ κόσμου
25 κενόν, ἐφέρετο ἂν δι' αὐτοῦ ὁ κόσμος, οὐδὲν ἔχων τὸ
συνέχειν τε καὶ ὑπερείδειν αὐτὸν δυνάμενον. Φήσομεν
δὲ ὅτι ἀδύνατον αὐτῷ φέρεσθαι διὰ τοῦ κενοῦ· νένευκε
γὰρ ἐπὶ τὸ ἑαυτοῦ μέσον, καὶ τοῦτο ἔχει κάτω, ὅπου
νένευκεν. Εἰ γὰρ μὴ τὸ αὐτὸ μέσον εἶχεν ὁ κόσμος
30 καὶ κάτω, ἐφέρετο ἂν ὁ κόσμος κάτω διὰ τοῦ κενοῦ·
ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον
φορᾶς.

Λέγεται κἀκεῖνο ὑπ' αὐτῶν, ὡς εἰ ἦν ἔξω τοῦ 6

3. οὔτε μὴν L. p. 5, 16. ita L, ap. Bak. οὐδὲν, ap. Balf. οὐδὲν
—ἔξω. ἕξιν Balf. interpretatur *vim et facultatem*, quod probat B. qui

κόσμου κενόν, χεομένη δι' αὐτοῦ ἡ οὐσία ἐπ' ἄπειρον διεσκεδάσθη ἂν καὶ διεσκορπίσθη. Ἀλλὰ φήσομεν, ὡς μηδὲ τοῦτο δύναται παθεῖν· ἕξιν γὰρ ἔχειν τὴν συνέχουσαν αὐτὴν καὶ συντηροῦσαν. Καὶ τὸ μὲν περιέχον αὐτὴν κενὸν οὐδὲν ποιεῖ· αὕτη δ' ὑπερβαλλούσῃ δυνά- 5 *μει χρωμένη, συντηρεῖ ἑαυτὴν, συστελλομένη τε καὶ πάλιν χεομένη ἐν αὐτῷ κατὰ τὰς φυσικὰς αὐτῆς μεταβολάς, ἄλλοτε μὲν εἰς πῦρ χεομένη, ἄλλοτε δὲ καὶ ἐπὶ κοσμογονίαν ὁρμῶσα.*

Εὔηθες δὲ καὶ τὸ λέγειν αὐτοὺς, ὅτι, εἴπερ ἔξω 10 *τοῦ κόσμου κενὸν ἔστι, τοῦτο ἄπειρον εἶναι δεήσει· εἰ δὲ ἄπειρόν ἐστι τὸ ἔξω τοῦ κόσμου κενόν, καὶ σῶμα ἄπειρον εἶναι δεήσει. Οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ τῇ τοῦ κενοῦ ἀπειρίᾳ, καὶ σῶμα ἄπειρον εἶναι. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ κενοῦ ἐπίνοια οὐδαμοῦ καταλήγει· ἐν δὲ τῇ τοῦ σώματος* 15 *ἐννοίᾳ εὐθὺς καὶ τὸ πεπερασμένον περιέχεται. Καὶ οὐδὲ δύναται ἕξις ἀπείρου εἶναι. Πῶς γὰρ ἂν δύναιτό τι ἄπειρον ὂν ὑπό τινος ἔχεσθαι; Λέγεται δὲ καὶ ἕτερα τινα ὑπ' αὐτῶν ὅμοια.*

Ὅτι μὲν οὖν ἔξω τοῦ κόσμου κενὸν εἶναι ἀναγ- 20 *καῖον, γνώριμον διὰ τῶν προαποδεδειγμένων· ὅτι δὲ τοῦτο ἀπὸ παντὸς μέρους αὐτοῦ εἰς ἄπειρον διήκειν ἀναγκαιότατόν ἐστι, διὰ τούτων ἂν καταμάθοιμεν. Πᾶν τὸ πεπερασμένον εἰς ἑτερογενὲς περατοῦται,* 7 *καὶ ὅ ἐστιν ἕτερον τοῦ πεπερασμένου. Οἷον εὐθὺς ἐν* 25 *τοῖς ὅλοις ὁ ἀὴρ περατούμενος εἰς ἑτερογενῆ καταλήγει, τόν τε αἰθέρα καὶ τὸ ὕδωρ· καὶ ὁμοίως καὶ ὁ αἰθὴρ εἴς τε τὸν ἀέρα καὶ τὸν οὐρανόν, καὶ ὁ οὐρανὸς εἴς τε τὸν αἰθέρα καὶ τὸ κενόν, καὶ τὸ ὕδωρ εἴς τε τὴν γῆν καὶ τὸν ἀέρα, καὶ ἡ γῆ εἰς τὸ ὕδωρ. Καὶ ὁμοίως τὰ* 30 *ἡμέτερα σώματα εἰς ἑτερογενὲς περατοῦται, τὴν ἐπιφάνειαν, ἀσώματον οὖσαν. Ἀναγκαῖον τοίνυν, καὶ εἰ τὸ περιέχον τὸν κόσμον κενὸν περατοῦται, ἀλλὰ μὴ*

eandem monet a *Cic.* de Nat. Deor. II, 45 *vinculi* nomine significatam esse et *contentionem gravitatis et ponderum* appellatam.

ἂν ὑπὸ φύσεως οἷόν τ' ἦν συνέχεσθαι καὶ διοικεῖσθαι
τὸν κόσμον, οὔτε τῶν μερῶν αὐτοῦ συμπάθειά τις ἂν
ἦν πρὸς ἄλληλα, οὔτε, μὴ ὑφ' ἑνὸς τόνου συνεχομένου
αὐτοῦ καὶ τοῦ πνεύματος μὴ δι' ὅλου ὄντος συμφυοῦς,
5 οἷόν τ' ἂν ἦν ἡμῖν ὁρᾶν ἢ ἀκούειν. Μεταξὺ γὰρ ὄν-
των κενωμάτων, ἐνεποδίζοντο ἂν ὑπ' αὐτῶν αἱ αἰσθή-
σεις. Τά τε στενόστομα τῶν σκευῶν, περιτρεπόμενα ἐν 5
τοῖς ὕδασιν, ἐνεπίπλαντο ἄν, διὰ τῶν κενωμάτων τοῦ
ὕδατος παρεμπίπτοντος. Νυνὶ δὲ οὐ γίνεται τοῦτο, διὰ
10 τὸ πλήρη εἶναι αὐτὰ ἀέρος, καὶ τοῦτον μὴ δύνασθαι
ἐκθλιβῆναι διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ὕδατος περιέχεσθαι τὰ στό-
ματα αὐτῶν. Ἔστι δὲ μύρια ἕτερα, δι' ὧν τοῦτο δεί-
κνυται, περὶ ὧν νῦν λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον.

Ἐν μὲν οὖν τῷ κόσμῳ κενὸν εἶναι, ἀδύνατον·
15 Ἀριστοτέλης δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως οὐδὲ ἔξω
τοῦ κόσμου κενὸν ἀπολείπουσι. Δεῖ γάρ, φασίν, τὸ
κενὸν ἀγγεῖον εἶναι σώματος· ἔξω δὲ τοῦ κόσμου σῶμα
οὐδέν ἐστιν, ὥστε οὐδὲ κενόν. Τὸ δ' ἐστὶν εὔηθες, καὶ
ὁμοιότατον ὡς εἴ τις λέγοι, ἐπεὶ ἐν τοῖς ξηροῖς καὶ ἀνύ-
20 δροις τῶν τόπων εἶναι ὕδωρ οὐχ οἷόν τε, ἀδύνατον εἶ-
ναι καὶ σκεῦος ὕδωρ δέξασθαι δυνάμενον. Εἰδέναι οὖν
χρή, ὅτι ἀγγεῖον σώματος διχῶς λέγεται· τὸ μὲν ἔχον
σῶμα καὶ πεπληρωμένον ὑπ' αὐτοῦ, τὸ δ' οἷόν τε
δέξασθαι σῶμα. Ἀλλά, φασίν, εἰ ἦν ἔξω τοῦ κόσμου
25 κενόν, ἐφέρετο ἂν δι' αὐτοῦ ὁ κόσμος, οὐδὲν ἔχων τὸ
συνέχειν τε καὶ ὑπερείδειν αὐτὸν δυνάμενον. Φήσομεν
δὲ ὅτι ἀδύνατον αὐτῷ φέρεσθαι διὰ τοῦ κενοῦ· νένευκε
γὰρ ἐπὶ τὸ ἑαυτοῦ μέσον, καὶ τοῦτο ἔχει κάτω, ὅπου
νένευκεν. Εἰ γὰρ μὴ τὸ αὐτὸ μέσον εἶχεν ὁ κόσμος
30 καὶ κάτω, ἐφέρετο ἂν ὁ κόσμος κάτω διὰ τοῦ κενοῦ·
ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς ἐπὶ τὸ μέσον
φορᾶς.

Λέγεται κἀκεῖνο ὑπ' αὐτῶν, ὡς εἰ ἦν ἔξω τοῦ 6

3. οὔτε μὴν L. p. 5, 16. ita L, ap. Bak. οὐδὲν, ap. Balf. οὐδὲν
— ἔξω. ἕξιν Balf. interpretatur *vim et facultatem*, quod probat B. qui

τὰ σώματα ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα, τοῖς δὲ διαμετροῦσιν
ἀλλήλους ἐπιπροσθήσει. Καὶ οὕτως ἐκεῖνοι μὲν οὐκ
ὄψονται ἀλλήλους· ἡμεῖς δ' ἀμφοτέρους αὐτοὺς οὐ κω-
λυθησόμεθα ὁρᾶν, τοῖς κυρτώμασι τῆς γῆς ἐφεστῶτες, 30
ἃ ἐκείνοις ἐπιπροσθεῖ, ἐν ταπεινώμασι τοῖς περὶ τὸν
ὁρίζοντα οὖσιν, ὑψηλοτέρων δὲ τῶν κυρτωμάτων ὄντων,
ἐφ' ὧν ἡμεῖς ἐφεστήκαμεν. Τοιαύτην μὲν οὖν οἱ πα-

20. φωστήρων] θεῶν L et alii. 23. προσοχὰς L.

λαιότεροι τῶν μαθηματικῶν τὴν τῆς προσαγομένης ἀπο-
ρίας λύσιν ἐποιήσαντο, μή ποτε δὲ οὐχ ὑγιῶς εἰσιν
ἐνηνεγμένοι. Ἐφ' ὕψους μὲν γὰρ ἡ ὄψις ἡμῶν γενο-
μένη δύναιτ' ἂν τοῦτο παθεῖν, κωνοειδοῦς τοῦ ὁρί-
5 ζοντος γινομένου, πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν ἀέρα
ἡμῶν ἐξαρθέντων· ἐπὶ δὲ τῆς γῆς ἑστώτων οὐδαμῶς. 123
Καὶ γὰρ εἰ κυρτώματα, ἐφ' οὗ βεβήκαμεν, ἐστὶν, ἐνα-
φανίζεται ἡμῶν ἡ ὄψις ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς γῆς.
Ὥστε τοῦτο μὲν οὐ λεκτέον, οὐδὲ ὑποληπτέον, δυνα-
10 τὸν εἶναι τὸ σύνολον, ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων ὑπὲρ
τὸν ὁρίζοντα θεωρουμένων ὑφ' ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς καὶ
ἐν ταπεινώματι βεβηκότων, σελήνης ἔκλειψιν γενέσθαι.
Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀπαντητέον λέγοντας, ὅτι πέπλασται
ὁ λόγος οὗτος ὑπό τινων βουλομένων ἀπορίαν ἐμποιῆ-
15 σαι τοῖς περὶ ταῦτα καταγινομένοις τῶν ἀστρολόγων
καὶ φιλοσόφων. Πολλῶν γὰρ ἐκλείψεων σεληνιακῶν
γεγενημένων, καὶ τελείων, καὶ ἀπὸ μέρους, καὶ ἀναγε-
γραμμένων πασῶν, οὐδεὶς τοιαύτην ἔκλειψιν μέχρι γε
τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου ἱστορεῖται ἀναγεγραφώς, οὐ Χαλ-
20 δαῖος, οὐκ Αἰγύπτιος, οὐχ ἕτερος μαθηματικὸς καὶ φι-
λόσοφος, ἀλλὰ πλάσμα τὸ λεγόμενόν ἐστι. Δεύτερον,
εἰ ἕτερον τρόπον ἐξέλειπεν ἡ σελήνη, ἀλλὰ μὴ τῇ σκιᾷ
τῆς γῆς περιπίπτουσα, ἐξέλειπεν ἂν καὶ μὴ ἐν πανσε-
λήνῳ, καὶ ὀλίγον καὶ πλέον προιοῦσα ἀπὸ τοῦ ἡλίου·
25 καὶ πάλιν μετὰ πανσέληνον, προσιοῦσα αὐτῷ, καὶ μειου-
μένη. Νυνὶ δὲ πλείστων ἐκλείψεων περὶ αὐτὴν γεγενη-
μένων (καὶ γὰρ οὐδὲ σπανίως ἐκλείπει), οὐδέποτε μὴ
πεπληρωμένη καὶ διαμετροῦσα τὸν ἥλιον ἐξέλιπεν, ἀλλὰ
μόνον ὅτε δυνατὸν αὐτῇ τῇ σκιᾷ τῆς γῆς ἐντυγχάνειν.
30 Καὶ ἤδη γε προλέγονται πᾶσαι αἱ ἐκλείψεις αὐτῆς ὑπὸ 124
τῶν κανονικῶν, ἅτε γινωσκόντων, ὁπότε συμπίπτει, ἐν
πανσελήνῳ εὑρίσκεσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῷ μεσαιτάτῳ τοῦ
ζῳδιακοῦ, ἢ ὅλην, ἢ ἀπὸ μέρους, καὶ οὕτως ἢ μερι-

2. Balf. ὑγιῶς ἐνηνεγμένην. 22. ἐξέλιπεν L. id. ἐξέλι-
πεν ἂν κ. 24. καὶ ἐπὶ πλέον προσιοῦσα L. 25. Ita cor-
rexit Bak. et scr. L: scripti editique rel. omnes προϊοῦσα.

κὰς, ἢ τελείας τὰς ἐκλείψεις ποιεῖσθαι. Ἀδύνατον οὖν,
ἀμφοτέρων τῶν φωτῶν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα ὁρωμένων,
σεληνιακὴν γενέσθαι ἔκλειψιν. Πολλῶν δὲ καὶ παντο-
δαπῶν περὶ τὸν ἀέρα παθῶν συνίστασθαι πεφυκότων,
οὐκ ἂν εἴη ἀδύνατον, ἤδη καταδεδυκότος τοῦ ἡλίου 5
καὶ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα ὄντος, φαντασίαν ἡμῖν προσπε-
σεῖν ὡς μηδέπω καταδεδυκότος αὐτοῦ, ἢ νέφους παχυ-
τέρου πρὸς τῇ δύσει ὄντος καὶ λαμπρυνομένου ὑπὸ τῶν
ἡλιακῶν ἀκτίνων καὶ ἡλίου ἡμῖν φαντασίαν ἀποπέμ-
ποντος, ἢ ἀνθηλίου γενομένου. Καὶ γὰρ τοιαῦτα πολ- 10
λὰ φαντάζεται ἐν τῷ ἀέρι, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Πόν-
τον. Δύναιτο δ' ἂν καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων ἀποχεο-
μένη ἀκτὶς ἐνίκμῳ καὶ νοτερῷ τῷ ἀέρι ἐντυγχάνουσα,
κατακλᾶσθαι καὶ ἐντυγχάνειν τῷ ἡλίῳ ἤδη ὑπὸ τοῦ
ὁρίζοντος κεκρυμμένῳ. Τούτῳ γάρ τι ὅμοιον καὶ παρ' 15
ἡμῖν γίνεσθαι τετήρηται. Ἐὰν γὰρ εἰς ποτήριον ἢ
ἕτερόν τι σκεῦος χρυσοῦς δακτύλιος ἐμβληθῇ, ἐὰν μὲν
κενὸν ᾖ τὸ σκεῦος, ἐκ συμμέτρου διαστήματος οὐχ
ὁρᾶται τὸ ἐγκείμενον, ἅτε ἀκωλύτως τοῦ ὁρατικοῦ
125 πνεύματος κατὰ τὰ χείλη τοῦ σκεύους διεκθέοντος ἐπ' 20
εὐθείας. Ὁπόταν μέντοι ὕδατος ἐμπλησθῇ, ὡς γενέσθαι
ἰσοχειλές, ὁρᾶται ἐκ τοῦ αὐτοῦ διαστήματος ἐγκείμενος
τῷ σκεύει ὁ δακτύλιος, οὐκέτι κατὰ τὰ χείλη διεκθέον-
τος τοῦ ὁρατικοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἐφαπτομένου τοῦ
ὕδατος κατὰ τὰ χείλη τοῦ πεπλησμένου, καὶ οὕτω κα- 25
τακλωμένου, καὶ εἰς τὸ βάθος τοῦ σκεύους ἰόντος, καὶ
τῷ δακτυλίῳ ἐντυγχάνοντος. Δύναιτ' ἂν οὖν τι καὶ
ἐπὶ νοτεροῦ καὶ διύγρου ἀέρος παραπλήσιον ἀπαντῆσαι,
ὡς κατακλασθεῖσαν τὴν ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἀκτῖνα ὑπὸ
τὸν ὁρίζοντα νεῦσαι, καὶ ἤδη καταδεδυκότι τῷ ἡλίῳ 30
ἐντυχεῖν, ὡς φαντασίαν ἐγγενέσθαι, ἔτι ὑπὲρ τὸν ὁρί-
ζοντα εἶναι αὐτόν. Τάχα δ' ἂν τι καὶ ἕτερον τούτοις
ἐπεοικὸς δύναιτ' ἂν ἡμῖν ποτε φαντασίαν ἐμποιῆσαι,

18. ἐν ἰκμ L. 18. ἀποστήματος L. 20. δι-
εκταθέντος L. 29. καταναклασθεῖσαν L.

ADNOTATIO.

AD LIB. I. CAP. I.

Κόσμον esse triplicem apud Stoicos, docet Diog. Laert. VII, I, 70, unde patet Cleomedem in his quoque secutum esse Posidonium: cf. Plat. Gorgias ed. Bip. p. 132. l. de plac. phil. II, 1. Plin. H. N. II, 4. Cic. de nat. d. II, 22. 83. Quam Cleomedes *φύσιν* dicit *τοῦ κόσμου*, eam alii *δύναμιν* vocabant, quae vis divina totum per mundum diffusa ita eum regeret, ut animus corpus humanum, unde mundum animal esse dicebant ratione praeditum: v. Diog. L. l. l. qui dicit, Chrysippum et Posidonium docere, *τὸν κόσμον οἰκεῖσθαι κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν, εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς· οὕτω δὴ καὶ τὸν ὅλον κόσμον ζῶον ὄντα καὶ ἔμψυχον καὶ λογικὸν, ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸν αἰθέρα, καθά φησιν Ἀντίπατρος. Χρύσιππος δὲ καὶ Ποσειδώνιος τὸν οὐρανόν φασι τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου, Κλεάνθης δὲ τὸν ἥλιον.* Cf. lib. *περὶ κόσμου* c. IV, V et VI; l. de placit. philos. II, 1, 3. 7. Cic. acad. quaest. I, 7. IV, 37. 41. de nat. d. I, 10—15. 20. II, 7. 13. 14. 25. 46. III, 39. Virg. Aen. VI, 724 seqq. Georg. IV, 221 seq. Manil. II, 65—67. Sen. nat. quaest. praef. Hinc Stoici toti mundo et praecipuis eius partibus, soli, lunae et sideribus divinam naturam esse statuebant deosque appellabant. Alios *plures mundos* esse statuisse, patet e Diog. L. l. l., l. de plac. phil. I, 5 et Cic. acad. quaest. IV, 17. De *vacuo* quid veteres statuerint v. l. de plac. phil. I, 18. II, 9. et Heron. Alexandr. Pneumatica in eclog. phys. a Schneidero editis p. 220 et quae dixit Schneid. in adnotat. p. 115. De eo, quod Stoici docebant, *mundum igni dissolvi*, quod ipsum eos videtur adduxisse, ut vacuum quoddam spatium extra mundum esse statuerent

(v. Stobaei eclog. phys. I, 11. Cic. acad. quaest. IV, 37. de nat. d. II, 46 et 33. Ov. Met. I, 256.) scripsit Thomasius libellum: *De stoica mundi exustione.* Quod vero non impediebat, quominus iidem mundum *aeternum* esse affirmarent (Sen. ep. I, 58), quippe quem non deleri flammis, sed denuo, quasi recens natum et repurgatum, ex incendio prodire docerent, id quod ipse Cleomedes significat. V. Cic. et Seneca l. l. et Plutarch. advers. Stoicos c. 46. cf. Petri Apost. ep. II, 3. Quod Cleomedes *septentrionem a dextra* esse dicit, id quidem referendum est ad mundi s. coeli quotidianum, qualis nobis apparet, motum. Eis vero, qui ad orientem conversi coelum spectant et observant, septentrionem esse a sinistra, patet. Alii dextras mundi partes orientales esse dicebant, sinistras occiduas: cf. Stob. ecl. ph. I, 16. l. de plac. phil. II, 10.; aliter statuit Varro de lingua lat. l. VI, cf. Liv. I, 18. Cum l. corrupto a nobis emendato: Τί οὖν ἂν εἴη τοῦτο; Χρόνος; Ἐπιφάνεια; etc. cf. Diog. L. l. l. Ἐπιφάνεια est *superficies* quam geometrae dicunt. Ad verba: κάτω μὲν — τὸ μεσαίτατον illustranda cf. Arist. nat. ausc. III, 7 init. Cic. de nat. d. II, 45. Ad ea quae leguntur extremo c. 1: Τοῦτο δὲ προηγουμένως μὲν ἐπιδειχθήσεται etc. interpretanda Bake haec scribit: „Significare videtur eam demonstrationem, quam *a priori* appellant, unde h. l. recte opponitur ei, quae fit ex phaenomenis. Occurrit etiam infra c. 8, ubi opponitur generi argumentationis ἀναποδείκτῳ, et l. II, c. 2 init. Ita apud Strabonem II, p. 112, 18, ubi προηγουμένως ἐγκρίνειν opponitur τῷ κοινῷ τινι ἔθει χρῆσθαι. Sed adverb. προηγουμένως, a grammaticis et criticis usurpatum, aliud quid significat. In Longino π. ὕ. XLIV, 12 προηγουμένως γράφειν est praecipue et universe argumentum explicare, non singula attendere, vel ex eventu iudicare. Notat etiam primariam vocis significationem, item primariam consuetudinem. In physicis opponitur τῷ κατὰ συμβεβηκός, ut ap. Stob. ecl. ph. I, 22 p. 450 ed. Heeren., non intellectum interpreti."

AD CAP. II.

Circulos illos duos, quorum alterum, qui stellas nunquam occidentes comprehenderet, Cleomedes cum aliis ἀρκτικὸν vocat, alterum, stellas nunquam orientes s. nunquam conspicuas complexum, ἀνταρκτικόν, non eosdem

fuisse apud omnes patet, neque loco suo fixos, quales sunt circuli nostri polares, sed alios apud alios, ita quidem, ut quo propius quis abesset a polo, eo maiores ei existerent illi circuli. Iidem sub ipso polo coelum stellatum intuentibus maximi erunt, nec alter ab altero poterit discerni; contra si quis sub ipso circulo aequinoctiali in media habitet zona torrida, ubi stellae omnes et oriuntur et occidunt, prorsus evanescent. Quod quidem nihil habet, quod offendat; imo commode ab astronomis veteribus illi circuli videntur ita in coelo esse descripti, ut stellas nunquam apparentes discernerent a stellis nunquam occidentibus. Iam vero, quum circulis polaribus in terra ita descriptis, ut coelestibus respondeant, zonae frigidae et temperatae distingui soleant, quomodo id circulis illis arcticis fieri possit, non intelligitur, nec Cleomedes docuit. Quare, quomodo veteres zonas frigidas descripserint, paucis nunc dicamus.

Ex iis vero quae apud Ptolemaeum, Agathemerum, Proclum, Plinium, Hyginum, Manilium et alios legimus, patet, vulgo Graecos et qui hos sequerentur Romanos eum circulum arcticum, qui 36° a polo centro suo distaret, qui fere conveniret Graeciae Rhodique incolis (quod Cleomedes c. V *τὸ ἑλληνικὸν κλίμα* vocat), fixum habuisse, itemque *ἀνταρκτικὸν* eum qui 36° a polo altero distaret. Iam quum putarent, orbem habitari et habitabilem esse non nisi usque ad 54° vel 55° a circ. aequinoctiali, inde ab eo termino ad polum usque zonam frigidam s. inhabitabilem esse statuebant. Sic igitur circulus ille arcticus 36° a polo descriptus, ad terram relatus, aptissimus esse videbatur ad zonae frigidae et temperatae limites constituendos atque notandos. Docet hoc *Proclus*, qui vixit sec. V p. Ch., in libello suo de *sphaera*, c. VIII, quod inscriptum est: *Περὶ διαστάσεως τῶν πέντε παραλλήλων κύκλων*, ubi haec scribit: *Οὐδὲ αἱ διαστάσεις αἱ ἀπ' ἀλλήλων τοῖς κύκλοις αἱ αὐταὶ διαμένουσι καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἀλλὰ πρὸς τὴν καταγραφὴν τῶν σφαιρῶν διαιροῦνται οὕτως· τοῦ παντὸς μεσημβρινοῦ κύκλου διαιρουμένου εἰς μέρη ξ́, ὁ ἀρκτικὸς ἀπὸ τοῦ πόλου καταγράφεται ἀπέχων ξξς́* (i. e. sexagesimarum illarum partium sex, quarum singulae sex earum 360 partium, s. graduum, comprehendunt, in quas nunc circulum quemvis dividunt geometrae), *ὁ δ' αὐτὸς ἐπὶ θάτερα μέρη ἀπὸ τοῦ θερινοῦ καταγράφεται ἀπέχων ξξέ* κ. τ. λ. *Κατὰ πᾶσαν δὲ χώραν καὶ πόλιν οὐ τὰς αὐτὰς διαστάσεις ἔχουσιν ἀπ' ἀλλήλων οἱ κύκλοι· ἀλλ' οἱ μὲν τροπικοὶ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ κατὰ πᾶν ἔγκλιμα τὴν αὐτὴν ἀπόστασιν ἔχου-*

σιν, οἱ δὲ τροπικοὶ κύκλοι ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν οὐ τὴν αὐτὴν ἔχουσι διάστασιν κατὰ πάντας τοὺς ὁρίζοντας, ἀλλ' οἱ μὲν ἔλασσον, οἱ δὲ πλεῖον διέστασιν. Ὁμοίως καὶ οἱ ἀρκτικοὶ ἀπὸ πόλων οὐ τὴν ἴσην ἀπόστασιν ἔχουσι κατὰ πᾶν ἔγκλιμα, ἀλλὰ οἱ μὲν ἐλάττω, οἱ δὲ πλείω· καταγράφονται μέντοι πᾶσαι αἱ σφαῖραι πρὸς τὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι ὁρίζοντα.

Idem c. XIV dicit: Ἡ τῆς συμπάσης γῆς ἐπιφάνεια σφαιροειδὴς ὑπάρχουσα διαιρεῖται εἰς ζώνας πέντε, ὧν δύο μὲν αἱ περὶ τοὺς πόλους· πορρωτάτω δὲ κείμεναι τῆς τοῦ ἡλίου παρόδου κατεψυγμέναι λέγονται καὶ ἀοίκητοι διὰ τὸ ψῦχός εἰσιν· ἀφορίζονται δὲ ὑπὸ τῶν ἀρκτικῶν πρὸς τοὺς πόλους. Similiter apud *Agathemerum* (qui scripsit sec. III p. C.) in libello qui inscriptus est: *Τῆς γεωγραφίας ὑποτυπώσεις ἐν ἐπιτομῇ*. l. II c. 1 legitur: *Ἡ τῆς ὅλης γῆς περίμετρος σταδίων κε' μυριάδων καὶ β' παραδέδοται. Μέγεθος δὲ τῆς οἰκουμένης τὸ μὲν ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν σταδίων ἀναμεμέτρηται ἑπτάκις μυρίων. Τὸ δὲ πλάτος ᾗ πλατυτάτη τυγχάνει οὖσα, τρισμυρίων ἀναμετρεῖται σταδίων χιλίων ἔλαττον, ἀπὸ μεσημβρίας ἐπὶ τὰς ἄρκτους. Καὶ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου μέχρι τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου τριάκοντα καὶ ἓξ τμήματα πάντα ἐστὶν ἀοίκητα διὰ κρύος, στάδιοι δ' εἰσὶν οὗτοι δισμύριοι καὶ ε' καὶ σ'. Ἀοίκητα δέ ἐστι καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ σταδίους η', ἢ ἀρχὴν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ὑποτιθέμεθα καθάπερ κατ' ἄρκτους τὰ μετὰ τὸν ἀρκτικὸν εὐθέως κύκλον.*

Addimus nonnulla e latinis scriptoribus: *Hyginus* (sec. I p. C.) Poetic. astronom. l. I, c. VI haec scribit: „In finitione mundi circuli sunt paralleli quinque, in quibus tota ratio sphaerae consistit, praeter eum qui zodiacus appellatur. Quinque autem, quos diximus, sic in sphaera metiuntur, initio sumto a polo qui boreus appellatur ad eum qui notius et antarcticus vocatur. In XXX partes unumquodque hemisphaerium dividitur, ita, uti dimensio significari videatur in tota sphaera per LX partes facta. Deinde ab eodem principio boreo sex partibus sumtis circulus ducitur, cuius centrum est ipse polus finitus, qui circulus arcticus appellatur.“ Porro dicit antarcticum circulum vocari, qui simili ratione e contrario a notio polo sex partibus sumtis ducatur. Et apud *Manilium*, quem Augusti temp. vixisse putant, carminis astronomici l. I v. 564 et 565 haec legimus:

Circulus ad boream fulgentem sustinet arcton,
Sexque fugit solidas a coeli vertice partes.

et v. 687 — 91:

Unus ab his superest extremo proximus axi
Circulus, austrinas qui stringit et obsidet arctos.
Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit,
Et quantum a nostro sublimis cardine gyrus
Distat, ab adverso tantumdem proximus illi.
Sic per tricenas vertex a vertice partes
Divisus duplici summa circumdat olympum.

Plinius H. N. l. II, c. 108 latitudinem orbis habitabilis a meridiano situ ad septentrionem, i. e. a litore Aethiopici oceani ad ostium Tanais, per quinquagies quater centena sexaginta duo millia passuum extensam esse dicit, unde patet, eum quoque zonam frigidam s. inhabitabilem, e Graecorum more, multo latiorem esse statuisse, quam apud nos nunc eadem definiri solet, quod convenit circulo illi arctico, qualem veteres loco suo fixum in sphaera descripsisse vidimus. Haec nunc sufficiant. Quae Balforeus de hac re disseruit, non accurate omnia dicta sunt.

Antipodas esse, quamquam ad eos perveniri posse non putarent, fuisse apud veteres qui statuerent, intelligimus ex iis quoque quae Cic. dicit Acad. quaest. IV, 39 et Plin. H. N. II, 65. *Ἀντίποδες* proprie dicti sunt, qui in opposito orbis hemisphaerio sub eodem nobiscum c. meridiano, eodem intervallo ab aequinoctiali remoti habitant; reliqui dic. *ἀντίχθονες*. Cum iis quae Cl. de diversarum orbis regionum incolis dicit cf. Cic. de republ. VI, 20 et Macrob. ad somn. Sc. II, 5.

AD CAP. III.

Quod initio huius cap. dicit Cleomedes, stellas fixas eundem semper in coelo locum tenere, id quidem non accurate dictum est, et Hipparchus iam cognoverat, illas quoque stellas, quas ἀπλανεῖς s. fixas vocabant, contra mundi motum retro ferri εἰς τὰ ἑπόμενα, i. e., ut Balf. interpretatur, secundum ordinem et successionem XII zodiaci signorum, quod Ptolemaeus in opere suo astronomico accuratius exposuit et demonstravit. Astronomi vero nos docuerunt, nonnullas illarum stellarum alio etiam modo moveri, quod veteribus erat ignotum. Cleomedes quidem, quum diceret, stellas fixas διὰ παντὸς τοὺς αὐτοὺς

τόπους τοῦ οὐρανοῦ κατέχειν, illas, quas vulgo ἀπλανεῖς s. ἀπλανῆ vocabant, simpliciter a stellis errantibus s. planetis quas dicebant, videtur voluisse distinguere; sed quod nihil prorsus dixit de motu illarum stellarum, quo retro feruntur, id ipsum comprobare mihi videtur, non vixisse Cl. post Ptolemaeum.

Quod attinet ad planetas eorumque motum cf. Plato legg. VII, Cic. divin. I, 11. Plin. H. N. II, 4. Sen. nat. q. VII, 3. Macrob. ad somn. Scip. I, 14. Alii VII, alii V planetas esse statuebant, sole et luna omissis. De ordine planetarum magna inter veteres dissensio: v. Cic. de republ. VI c. 17. et Macrob. somn. Scip. I, 19. Plin. H. N. II, 8.

AD CAP. IV.

„Planetae ab austro ad boream venientes ὑψοῦσθαι i. e. attolli censentur et ascendere; sed a borea iterum recedentes ad austrum ταπεινοῦσθαι h. e. deprimi putantur et descendere. Sed ascensionis eorum geminos veluti gradus constituere licet, unum in orbe medio et ecliptico, alterum in summo et boreo. Quando ergo ab imo orbe ascendentes ad medium veniunt, attolli quidem dicuntur, non alte tamen, sed humiliter, quia nondum ad summum pervenerunt: verum quando summum orbem attingunt, alte dicuntur efferri, quia in summo sunt, nec poterunt altius evehi. Sic et descendentes in orbe medio deprimi censentur, non omnino tamen et humiliter, sed alte solum, quia medius orbis altior est imo: sed in imo omnino et humiliter deprimuntur, quia ulterius descendere plane nequeunt. Id ergo est quod ait Cleomedes, planetas descendentes a summo orbe, in medio ὕψος ταπεινοῦσθαι, in imo vero ταπείνωμα ταπεινοῦσθαι; sed contra regredientes ab infimo, in medio ταπείνωμα ὑψοῦσθαι, in summo vero ὕψος ὑψοῦσθαι." *Balf.* Veteribus septentrionales orbis terrar. et mundi partes altiores esse visas quam austrinas, docet Plut. quaest. R. 78. cf. de plac. phil. III, 12.

AD CAP. VI.

Apogeum solis, quod astronomi vocant, illo tempore in *geminis* fuisse constat: v. Ptol. Μαθ. σύνταξ. III, 4 et Plin. H. N. II, 16. postea propius accessit ad solstitium aestivum. — νυχθήμερον vocabant Graeci temporis spatium a solis occasu ad occasum, quod diem et noctem complectitur. Apud Romanos dicitur *dies civilis*: v. Gell. n. att. II, 3. Macrob. Saturn. I, 3 et Censorin. de die nat. c. 23.

p. 25, 34. Bake non solum ἀναψύχουσι scribendum esse putat, quod supra monuimus; sed idem in animadverss. praeterea legendum esse censet: πνεύματα, ἃ καὶ παραμυθ. κ. τ. λ. Quod Cleomedes dicit: ὑπονοεῖταί τε ὑπὸ τῶν φυσικῶν, τὸ πλεῖστον τῆς μεγάλης θαλάττης κατὰ τοῦτο τὸ κλίμα ὑποβεβλῆσθαι, εἰς τροφὴν τοῖς ἄστροις μεσαίτατον ὑπάρχον — quam stultam et ineptam Stoicorum opinionem recte dicit Balforeus — id pluribus veterum persuasum fuisse, intelligimus e Cic. de nat. deor. II, 16. 46 et III, 14. Plin. H. N. II, 9. 68. Sen. nat. quaest. II, 5. l. de plac. philos. II, 17. Diog. L. VII, 1, 71 Zenonem et Stoicos docuisse dicit: τρέφεσθαι τὰ ἔμπυρα ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα· τὸν μὲν ἥλιον ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποτίμων ὑδάτων, τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ τῆς γῆς. C. XI Cl. docere conatur, quomodo fieri possit, ut terra tot et tantis corporibus coelestibus et toti coelo alimentum praebeat — nimirum τῷ ὄγκῳ quidem esse parvam, sed τῇ δυνάμει maximam.

AD CAP. VII.

Ultimam illam Thulen alii Islandiam esse putabant, alii Norvegiae partem; sed Balf. probat eorum sententiam, qui *Shetlandiam* esse volunt, insulam inter Scotiam et Norvegiam sitam, quam a vicinis nautis etiamnunc *Thylensee* appellari dicit. *Strabo* quidem Thulen inter insulas britannicas numerat, et quae *Ptolemaeus* de latitudine eius geographica (c. 63°) dicit, et quae apud Pompon. Melam III, 6 et apud Solinum c. 25 legimus, ea Shetlandiae magis quam Islandiae videntur convenire.

AD CAP. VIII.

„Est *διεζευγμένον* apud Stoicos argumentandi quidam modus, in quo pluribus, iisque contrariis et pugnantibus, positis, ex ceterorum omnium remotione unum tandem colligitur: cui similis est, aut plane idem potius, quem *ex disiunctionibus* vocat Cic. in topicis c. 14.“ *Balf.* Idem ad verba: *Τιθέντες οὖν ὡς ἀληθὲς τοῦτο τὸ διεζευγμένον, κατὰ τὸν καλούμενον παρὰ τοῖς διαλεκτικοῖς διὰ πλειόνων πέμπτον ἀναπόδεικτον προϊόντες*, quae initio quoque c. IX leguntur, haec adnotat in comment.: „Hic enim numerantur quinque, reiectis itaque quatuor, quintum necessario infertur, si disiunctum verum. *Ἀναπόδεικτον* autem appellatur propter Stoicorum eam consuetudinem, qua syllogismos hypotheticos *ἀναποδείκτους* appellare solent; vel forte, quia quintum illud simpliciter inesse concluditur, non ob ullam aliam causam, quam quod caetera non inesse demonstrantur.“ Diog. L. VII, 1, 49 haec scribit: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἀναπόδεικτοί (sc. λόγοι) τινες, τῷ μὴ χρῄζειν ἀποδείξεως, ἄλλοι μὲν παρ᾽ ἄλλοις, παρὰ δὲ τῷ Χρυσίππῳ πέντε, δι᾽ ὧν πᾶς λόγος πλέκτεται κ. τ. λ. Πέμπτος δέ ἐστιν ἀναπόδεικτος, ἐν ᾧ πᾶς λόγος συντάσσεται ἐκ διεζευγμένου καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῷ διεζευγμένῳ ἀντικειμένου, καὶ ἐπιφέρει τὸ λοιπόν, οἷον· ἤτοι ἡμέρα ἐστίν, ἢ νύξ ἐστιν· οὐχὶ δὲ νύξ ἐστιν, ἡμέρα ἄρα ἐστίν.*

Ἐποίσομεν, quod restituit Bake e codd., proprie, ut idem docet, hic dicitur de eo quod colligitur ex antea demonstratis, ubi, ut in disiuncto, reliquis reiectis, postremum affirmatur. Similiter *illatum* dicitur a Cic. de invent. I, 47.

Τὸ σκιοθηρικὸν s. *σκιόθηρον* (*σκιάθηρον*) (sc. *ὄργανον*), vel *ὁ σκιοθήρας* (*σκιαθήρας*), instrumentum erat mathematicum, quo utebantur ad circ. meridianum et alia ex umbrae ratione investiganda et describenda, quod horologii genus Anaximenem primum ostendisse dicit Plinius H. N. II, 76. cf. Ptolem. Geogr. I, 2 et 3. Extat Calcoenii dissertatio mathem. antiquaria de horologiis veterum sciothericis. Amstelod. 1797.

AD CAP. IX.

Cum iis quae extremo h. c. Cl. disserit de terra in medio mundo sita cf. Aristot. de coelo II, 13. 14. Plat. Phaedo p. 88, 84. ed. Wyttenb. Cic. de nat. d. II, 39. 45.

AD CAP. X.

Quod Posidonius dixisse traditur, sub eodem c. meridiano sitas esse Rhodum et Alexandriam, in eo quidem erravit. V. *Ukertus* de stadio p. 62, ubi de orbis terrarum magnitudine, quantam veteres statuerint, accuratius exposuit.

De horologiis veterum et omni arte gnomonica v. Plin. H. N. II, 78. XVIII, 34. Vitruv. Architect. I, 6. IX, 4, eorumque interpretes. Macrob. Sat. V, 22. Martian. Cap. VIII, 8, et praeter Calc. dissertationem supra commemoratam cf. I. A. Ernestius de Solariis, in opusc. philol. criticis, qui solarii apud veteres usitati rationem modumque hunc fuisse dicit, ut in hemisphaerii, quod Vitruv. lacunar, Graeci σκάφιον et πόλον vocarent, sive concava, sive convexa parte, sive etiam in disco plano medio, stilus aeneus (γνώμων) erigeretur, describerenturque lineae, non modo quae brumales, solstitiales, et aequinoctiales horas notarent, sed etiam, quae incrementa et deminutiones horarum per singulos menses indicarent. Singulis autem mensibus aut singulae aut paucae lineae attribuebantur, e quibus omnium dierum horae sine insigni errore colligi possent.

Martian. Capella Nupt. c. 1 σκάφην illam s. σκάφιον vas ex aere esse dicit, quod horarum ductus stili in medio fundo sui proceritate discriminet, qui stilus gnomon appelletur. Totam rationem Eratosthenis ad orbis terrarum ambitum inveniendum, quam Cleomed. h. l. commemorat, Balf. his verbis accuratius exponit: „Erexit Alexandriae gnomonem ad finientis planum perpendicularem; deinde in solstitio, in ipso articulo meridiei, duos dimitti radios intelligit a duobus solis punctis, unum per Syenen, qui cum perpendicularis sit, ad centrum usque terrae productus pertingit, alterum per gnomonis Alexandriae erecti fastigium, et umbram versus septentrionem proiicientis. Sic ex

ratione gnomonis ad umbram via geometrica comperit angulum sub gnomone et radio comprehensum esse quatuor rectorum partem quinquagesimam; sed is angulus aequalis est angulo, qui, in centro terrae, continetur radio qui per Syenen, et gnomone Alexandrino ad centrum usque continuato. Ergo et hic quoque quinquagesima pars est quatuor rectorum, unde sequitur, arcum etiam circuli terreni inter Alexandriam et Syenen sui ipsius circuli quinquagesimam partem esse. Est autem compertum, arcum illum sive spatium inter A. et S. quinque millium stadiorum esse: totus igitur terrae ambitus quinquagesies quinque h. e. ducenta quinquaginta millia stadiorum continebit."

AD CAP. XI.

p. 46, 13. *προελάμβανεν ἂν ἡ τοῦ ἀνατέλλοντος δύσις τὴν τοῦ καταδύοντος ἀνατολήν*, quem corruptum plane locum esse Balf. dicit, qui sine librorum ope emendari non possit, idem monet, forte ita legendum esse: *προελάμβανεν ἂν ἡ τοῦ καταδύοντος δύσις τὴν τοῦ ἀνατέλλοντος ἀνατολὴν παντὶ τῷ* etc. quam Balf. correctionem probat Bake.

Ὁδὸς γὰρ ἄνω κάτω κ. τ. λ. „Viam sursum ac deorsum nihil aliud esse voluit Heraclitus, quam mutationem, qua omnia susque deque agitantur et in se vertuntur mutuo. Diog. L. IX, 8 [quem locum emendavit Wyttenbach. in adnot. ad Plutarch. de amic. multitudine p. 97. A.] testatur, ab Heraclito *τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω καλεῖσθαι τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην*. Quando ex superioribus inferiora fiunt per condensationem, ut ex igne aër, ex aëre aqua, ex aqua terra, via est deorsum: contra quando per rarefactionem ex inferioribus superiora gignuntur, via est sursum." *Balf.* Cf. Cic. de nat. d. II, 33. Ov. Met. XV, 244 seqq. Lucret. de nat. rer. I, 782 seqq. Lucian. quoque Vit. auct. I omnium rerum confusionem et fluctuationem his verbis exprimit: *ἄνω κάτω περιχορεύοντα καὶ ἀμειβόμενα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ*. Cf. Schleiermach. comment. de Heraclito in Wolf. et Buttmanni Museo. Formulam *ἄνω κάτω* e physicis ad communem usum translatam esse, docet Bake, dicique in proverbio de iis quae funditus convertuntur et confunduntur, ut ap. Platon. in Theaet. et ap. Plut. adv. Colot. neque iis locis copulam recte addi existimat, ubi proverbii vis spectetur.

AD LIB. II. CAP. I.

Quod Cleomedes dicit, Epicurum statuisse: *Τηλικοῦτον εἶναι τὸν ἥλιον ἡλίκος φαίνεται*, id Aristoteles quoque (Met. I, 3) et Diog. L. X, 25 et Cic. acad. quaest. IV, 26 commemorant. Schneiderus vero, ut Epicurum ineptissimae opinionis crimine liberet, monet, distinguere Epicurum *τὸ μέγεθος τὸ πρὸς ἡμᾶς* et *τὸ κατ' αὐτό*. Diog. L. quidem l. l. haec Epicurum scripsisse refert: *Τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μέντοι πρὸς ἡμᾶς τηλικοῦτόν ἐστιν ἡλίκον ὁπότε φαίνεται· κατὰ δὲ τὸ κατ' αὐτὸ ἤτοι μεῖζον τοῦ ὁρωμένου, ἢ ἔλαττον μικρῷ, ἢ τηλικοῦτον ὡς χ' ὁρᾶται· οὕτω γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν πυρὰ ἐξ ἀποστήματος θεωρούμενα κατὰ τὴν αἴσθησιν θεωρεῖται.* Idem (X, 4) Epictetum et alios Epicuri lasciviam et ignorantiam graviter vituperasse dicit; ipse tamen non assentitur iis, sed, *τὴν φρόνησιν* summum esse bonum et reliquas omnes virtutes inde proficisci, nec sine ea iucunde nos posse vivere, eum docuisse tradit (ib. n. 27). Contra ea Cic. de nat. deor. I, 40 et 43 Epicurum ne intellexisse quidem dicit ullum bonum, quod sit seiunctum a delicatis et obscoenis voluptatibus, et ex animis hominum extraxisse radicitus religionem: cf. de divinat. II, 50 et de fin. b. et m. I, 6 seqq.

Quae p. 58. commemorantur de *ὑδρολογείοις*, clepsydris, ad coeli et corporum coelestium mensuram adhibitis, latius explicant Mart. Capella l. 8, Macrob. in Somn. Scip. I, 21, Sext. Empir. adv. Math. c. 21. Immensam solis magnitudinem simili ratione ex arborum umbra demonstrat Plin. H. N. II, 8. Veteres orbis terrarum habitabilis longitudinem recte dixerunt, qua ab occasu solis ad ortum extenditur, quod angustius esset spatium terrarum a meridie ad septentrionem habitatarum.

p. 65 sqq. Cum praeclaro hoc loco cf. Xenoph. Mem. Socrat. IV, 3, Cic. de nat. deor. II, 15, Plin. H. N. II, 4.

p. 70, 31. Similiter Epicurus ap. Cic. de fin. I, 10 inventor veritatis et quasi architectus beatae vitae dicitur: cf. c. 5 et de nat. d. I, 18.

p. 71, 8. *Τὰ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῷ διεφθορότα.* Diog. L. X, 13 scribit: *κέχρηται δὲ (Ἐπίκουρος) λέξει κυρίᾳ κατὰ τῶν πραγμάτων, ἣν, ὅτι ἰδιωτάτη ἐστὶν, Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς αἰτιᾶται.* ubi Bake *ἰδιωτάτη* mutandum esse dicit in *ἰδιωτική*. Contemsisse Epicurum omnem literarum disciplinam et elegantiam, constat e Diog. L. X, 6; cf. Cic. de Fin. I, 7, et in Pison. 29. Verum hoc Cleomedis loco *τὰ κ. τ. ἑρμηνείαν διεφθορότα* referenda esse docet Bake ad licentiam et turpitudinem in dicendo, qua mollia et lasciva et impudica suis et plebeiis nominibus appellare consuevisset Epicurus: v. Cic. de nat. d. I, 40. 44. Ceterum *εὐστάθειαν* et *εὐσταθές* vocabula esse non satis proba, imo *ἀδοκιμώτατα*, diserte dicit Phrynichus in eclog. dict. Attic., quem locum effert Balf. qui *ἔλπισμα* quoque nove et duriter dictum esse monet.

Λίπασμα ὀφθαλμῶν, pinguedo oculorum. Ita novo prorsus nomine *lacrymas* appellabat Epicurus, ubi mollem fletum, in amicorum v. c. funere, anteponebat crudeli cuidam affectuum vacuitati: cf. Plut. Non posse suavit. viv. sec. Epic. p. 1100 et 1101 ed. Wyttenb. *B.*

Ἱερὰ ἀνακραυγάσματα. Is. Casaubonus in adnot. ad Diog. L. X, 5 dicit, se ex veterum lectione observasse, Epicurum mirifice delectari solitum inter scribendum et loquendum exclamationibus, quas Cl. hic irridens *ἱερὰ ἀνακραυγάσματα* vocat. *Ἐκκραυγάζειν* hinc Epicurei a Plutarcho dicuntur in libello modo l. p. 1098. B. cf. Plut. de aud. rat. p. 45 et adv. Colot. p. 1117. B.

Γαργαλισμὸς est titillatio et pruritus corporis, in qua voce, ut in aliis Epicuri, aliquid obscoeni latere putat Balf. cf. Cic. de nat. d. I, 40. Hesych. interpretatur: *κίνησις σώματος.*

Ληκήματα. Bake opinatur hoc vocab. nove et inusitate ductum esse a verbo *λῃκᾶν*, quod significat scindendo *perfodere* et *perforare*, et vertit *perforationes*, quod sensu obscoeno dictum esse censet. Plura fuisse Epicuri vocabula, vel ineleganter ficta, vel minus honeste usurpata, idem monet (v. Athen. XII): quae Cleomed. *κακὰς ἄτας* vocat, quo nomine Bakio turpia quaedam, turpes voces significari videntur. Ipse *nequitias* vertit.

Δημήτρια exponit Meurs. in Graecia fer. Hoc loco videntur confundi cum Thesmophoriis, quam bene, non sta-

tur; neque distinxit idem Meursius, simul ex Apollodoro convitiorum illorum, quib. mulieres in illo festo utebantur, originem exponens. Neque opus est, ad certum quoddam genus festorum hanc licentiam et turpitudinem restringere. Universe quidem *τὰ περὶ θεωρίας* sua aetate *ἀσελγῶς καὶ ὑπερηφάνως* fieri, indicat Isocrates Areopag. c. 20. Eleusiniorum, quae item a feminis peragebantur, intemperantiam, quanta fuerit, suspicari licet ex Demosthene pro corona p. 373. Caeterum totum hoc de Thesmophoriis non ad turpia quaedam, sed ad insulsas ineptasque facetias referendum esse, monet Villoisonus. *Bake.* Erant autem, inquit Balfor., *Δημήτρια* festa, quae in honorem Cereris agitabantur, quae *θεσμοφόρια* etiam dicebantur, eo quod Ceres ipsa *θεσμοφόρος* (legifera ap. Virg. Aen. IV, 57) vocaretur; cf. Ov. Met. V, 344.

Προσευχαί, proseuchae, quam vocem Balf. et Bake c. Iuvenale (Sat. III, 296) in latina interpretatione recte retinuerunt, erant fana Iudaeorum, in quibus conveniebant ad preces faciendas, quae cum Iudaeis in contemtum abierant. Itaque facile intelligitur, cur Cl. dixerit, Epicuri verba esse velut iudaica in proseuchis et similia verbis eorum, qui ibi stipem petant.

παρακεχαραγμένα s. *παραχαράγματα* proprie dicuntur numi adulterini, deinde omnino quae corrupta sunt et depravata: *παρακεχαραγμένα κ. κατὰ πολὺ τῶν ἑρπετῶν ταπεινότερα* a Bak. latine conversa *adulterina* et *humi repentibus multo humiliora*, i. e. sordidissima et turpissima.

Ἱεροφάνταις καὶ ἀρχιερεῦσιν. Illi ad Graecorum, hi ad Romanorum mores pertinent, quorum pontifices hoc nomine Graeco appellantur; certe ad antiquos Atheniens. mores neque res, neque appellatio pertinet. *Bak.*

p. 71, 30. *Κροκωτὸς* proprie est croco tinctus, deinde *vestis crocea*; qua mulieres utebantur: v. Aristoph. Ran. 45.

καταυλούμενος, quasi *tibiarum cantu delinitus* et *sopitus* et *obrutus*, qui metaphoricus verbi usus notandus est. Et hoc compositum, et simplex verbum *αὐλεῖσθαι* nonnumquam permutatum est cum *κηλεῖσθαι*. *B.*

Ἐν βορβόρῳ καλινδεῖσθαι dictio proverbialis: similiter ap. Lucret. III, 77 *in tenebris volvi coenoque* dicitur. Longe diversum est *ἐν πηλῷ καλινδεῖσθαι*, ad religiosam corporis lustrationem pertinens. *B.*

Θιασῶται sunt *ἐρανισταί*, h. e. compotores sive convivales, qui plurimum honestiori, h. l. turpiori significatione ponuntur. *B.*

AD CAP. II.

p. 72, 24. οὐδὲ πολλοστὸν μοίρας, ne *multesimam* (i. e. minimam) quidem particulam partis vertit Bake c. Balf. Ita Lucret. VI, 651: quam sit parvola pars et quam multesima constet.

p. 73, 13. *Καὶ μὴν ὅταν σῶμα κ. τ. λ.* Cf. Plin. H. N. II, 8.

AD CAP. III.

p. 74, 2. ἔνεστι μὲν καὶ ἐκ τῶν προειρημένων τοῦ ἡλίου. Forte quis requirat περὶ τοῦ ἡλίου. *Bake.* Idem ad verba (v. 20.) ὅλος ποτὲ ἐν Ἑλλησπόντῳ ἐκλείπων — quod Balf. habet ὃς, ab ipso deletum, forte, continuata cum prioribus oratione, mutandum esse dicit in ὥς, et quod p. 76, 3 sqq. in nonnullis codd. omissa sunt vv. *Εἰ γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον — ὤφθησαν.* suspicionem movere posse, totum hoc, velut Scholion, in marginem reiiciendum esse.

p. 78, 7. *Καὶ ὅτι γε πάντων προσγειοτάτη ἐστὶ — ἐπεὶ ταύτην μὲν οὐδὲν ὑπέρχεται κ. τ. λ.* cf. Diog. L. VII, 145 et Plin. H. N. II, 7 Aethera et coelum ipsum στοιχεῖον appellat Cleomedes cum Aristotele et Peripateticis, mon. Balf.

AD CAP. IV.

De lunae lumine quid veteres statuerint docet l. de placit. philosoph. II, 28. et Stob. ecl. phys. I, 27.

Berosus vel *Berossus*, astronomus, seculo III ante Chr. vixisse dicitur.

p. 78, 14. *Ἄλλην δὲ, τὴν περὶ τὸ ἑαυτῆς κέντρον* — Ex hoc tertio motu, quo circa centrum suum volvitur luna, putavit se causam reddere posse Berossus varietatis luminis, quae in ea conspicitur. Hunc enim motum circa centrum tempore parem esse voluit συνοδικῷ eius motui, et totidem diebus circa centrum suum totam converti, quot inter coniunctiones duas intercedunt. *Balf.*

ἰσοχρόνιον — γίνεσθαι, i. e. hanc circumvolutionem eodem temporis spatio fieri, quo nos existimamus congressum lunae cum sole absolvi. *Bake.*

p. 78, 22. *ὁμοίαν τῇ οὐσίᾳ* — Id vult Cleomedes, lunam, si in aethere versetur, ut reliqua sidera, oportere *τῆς αὐτῆς μετειληφέναι οὐσίας τῷ ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ* —. *B.*

p. 79, 5. *Οἱ δέ φασιν κ. τ. λ.* Hoc quod deinde refutat Cl., probare videtur Plin. H. N. II, 6. cf. Plut. de vultu lun.

15. *ὡς ὁ διάπυρος σίδηρος — ἀλλὰ τετραμμένος ὑπ' αὐτοῦ* i. e. *ὑπὸ τοῦ πυρός*, quod ex anteced. *διάπυρος* intelligitur. Verius forte est *κεκραμένος* pro *τετραμμένος*. *B.*

p. 80, 22. *πρὸς ὀρθὰς γωνίας.* Quomodo ad rectos angulos? imo ad aequales dicendum fuit: non enim semper ad rectos angulos fit reflexio, sed ad aequales semper. Nec video, qui possit defendi, quod a Cl. h. l. dicitur, nisi forte aut dicamus, non de lumine reflexo sermonem esse, sed de superficie reflexionis: nam illud semper talibus angulis remittitur, qualibus incidit; sed haec semper erecta est et ad perpendiculum plano speculo insistit: aut saltem dicamus, in globosis corporibus ita reflexionem a singulis punctis extremitatis fieri, ac si a centro fieret, propterea quod extremitas a qua fit, a centro curvitatis et rotunditatis suae rationem habet. *Balf.*

Caeterum recte quidem monuit Balforeus, Stoicos vulgo solem, lunam et reliqua corpora caelestia *deos* appellare; sed tamen Bake apud Cleomedem subinde quod in codd. scriptum exstaret, *ἥλιος* et *σελήνη*, se praetulisse dicit, quod diversum sit orationis genus in hoc et pluribus aliis Cl. locis, qui illam interiorem doctrinam respuant. Accedit, quod facillime confunduntur *θεός* et *ἥλιος* in codd. compendio, quo scribuntur.

AD CAP. V.

p. 85, 26. *Δύο κύκλοι νοοῦνται ἐν τῇ σελήνῃ.* Hos duos circulos bases esse docet Balf. duorum conorum, quorum alter visionis, alter illuminationis esse dicatur. Uterque minor est maximo circulo, quia neuter per centrum lunae transit.

p. 86, 16. *Καὶ τῶν τομῶν, πλείους μὲν, αἷς εἰς βραχὺ παραλλαγαί·* etc. Quomodo hunc locum corruptum sanare conati fuerint Balf. et Bake, supra indicavimus. Bake ita haec lat. vertit: Sectionum autem plurimae sunt, quae leviter tantum mutantur: aliae, ut in genere omnium, duae, quae ad rectos angulos, et quae ad obliquos secantur. Ipse

quidem haec addit in adnot. ad h. l. „Non spernenda est Balf. correctio. Ut tamen, quod sentio, dicam, aptum mihi videtur ἐφαρμογῆς, quod pro ἀποτομῆς praebet margo Aug. codicis, ut fortasse, reliquis sicut edidimus, servatis, postrema ita explenda sint: αἱ δὲ — πλεῖστον ἀφίστανται τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐφαρμογῆς."

Ad ea quae seqq. *Γίνονται δὲ καὶ αἱ ἐφαρμογαὶ αὐτῶν* etc. illustranda haec in commentariis suis dicit Balf.: „Pyramidum bases bis congruunt, semel in novilunio et iterum in plenilunio: in novilunio pyramis visionis ab oculo sursum ad lunam procurrens medietatem eius inferiorem basi sua ambit: sed pyramis illuminationis a sole deorsum ad lunam diffusa medietatem eius superiorem basi sua amplectitur, et pyramidis alterius basi velut superincumbit ac insistit: sed quia in adversas partes incidunt, nec altera alteram secat, fit, ut luna in coniunctione nulla appareat. Non enim videtur pars ea quae lucet, nam inferior sola videtur, sola superior lucet. In plenilunio cum opponuntur luminaria, pyramides ambae in eandem faciem incurrunt et altera alterius velut pars quaedam est. — In priori illa ἐφαρμογῇ, h. e. in *coniunctione*, axes harum pyramidum aut directe inter se opponuntur, ut cum planetae ambo in ecliptica sunt, aut sic opponuntur, ut in centro lunae angulum contineant perquam obtusum, ut, quando luna extra solis viam latitudinem habet maiusculam. — In altera ἐφαρμογῇ, sive in plenilunio, cum opponuntur ambo luminaria, axis pyramidis visionis aut est pars alterius axis, si eo tempore luna in alterutro nodorum est: aut, si latitudinem illa habet, cum axe illuminationis in lunae centro concurrens angulum facit longe acutissimum; sed angulus etiam ille nullam basium intersectionem facit; semper enim lunae portio quae illuminatur, maior est hemisphaerio, quae videtur, minor."

p. 87, 15. *Thaletem* primum fuisse, qui lunam lucem suam a sole habere doceret, tradit Stob. ecl. phys. I, 27.

17. *ἐκ τοῦ σέλας αὐτὴν νέον ἔχειν ἀεί.* Eadem est ap. Plat. in Cratylo etymologia, et in Etymol. Magno.

18. *Καὶ ἐκ τοῦ ἐπιδίδοσθαι δᾷδας τοῖς εἰς τὰ Ἀρτεμίσια εἰσιοῦσι.* Videtur velle Cleomedes Dianae fana intrantibus ideo traditas esse faces gestandas, ut intelligerent omnes, Dianam, h. e. lunam, aliunde lucem habere, nec suum, sed alienum lumen terris impertiri. Olim accensis facibus Dianae sacra fiebant: Propert. el. II, 23 et Ov. Fast. III, 269. Diana quoque ipsa facibus instructa fere semper cernitur: cf. Cic. or. in Verr. IV, 34 et 48. *Balf.*

De Dianae cognomine φωσφόρος caeterisque disserit Spanhem. in not. ad Callim. H. in Dian. 11.

Diana *lucifera* est ap. Cic. de nat. d. II, 27 et ap. Martial. X, 70.

Eadem τριπρόσωπος et τρίμορφος et vocabatur et pingebatur: v. Hor. Od. III, 22, Virg. Aen. IV, 511, Ov. Her. XII, 79. cf. Plut. de vult. lunae p. 937. F., et Athén. VII, p. 375.

p. 87, 28. *Sigma* olim hemicycli forma scribebant, ut lat. C.

p. 88, 31. Ptolemaeus et alii eius seculi scriptores existimarunt *solis apogaeum* in *Geminis* perpetuam sedem fixisse, idque in sexta eorum parte. *Balf.*

Quae in fine h. c. leguntur, illustrat Schol. ad Apollon. Rhod. Argon. III, 583 his verbis: *τὸν παραδεδομένον μῦθον λέγει, ὡς αἱ φαρμακίδες κατάγουσι τὴν σελήνην· τινὲς δὲ καὶ τὰς ἐκλείψεις ἡλίου καὶ σελήνης καθαιρέσεις ἐκάλουν τῶν θεῶν· τὸ παλαιὸν ᾤοντο αἱ φαρμακίδες τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον καθαιρεῖν.* cf. id. quae adnot. ad IV, 59. Virg. ecl. VIII, 69; Hor. ep. V, 45 et XVII, 77; Tib. I, 2, 41; Ov. Heroid. VI, 85.

AD CAP. VI.

p. 90, 24. *διαμετροῦσα δ' αὐτῷ τῷ μεσαιτάτῳ τῆς κορυφῆς* —. Axem umbrae intelligit, quem eclipticae subesse ait.

p. 91, 30. *ἀλλ' οὐ πᾶσα περιπίπτει τῇ σκιᾷ.* Imo vero tota, si in oppositione eclipticam tangit. *Balf.*

p. 96, 31. *Κανονικοὶ* sunt tabularum et ephemeridum astronomic. scriptores. *Canones* mathematici commemorantur a Plutarcho ed. Wyttenb. T. II, p. 974. F. De *Arati* Canone diss. Buhle (Arati Phaen. et Dios. ab ipso edit. V. II, p. 457.)

AD CAP. VII.

Quae Cl. de planet. motu dicit, non satis accurate tradita sunt; sed de his et aliis alio loco et tempore plura dicemus.